Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Brucaeus

Henrici Brucaei Artium & Medicinae Doctoris De Motu Primo Libri Tres

Rostochii: Myliander, 1604

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0001
DFG

LH 6-3059.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0002
DFG

Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0003
DFG

HENRICI BRVGÆI
Artium & Medicinæ Doctoris

DE MOTU PRIMO
LIBRI TRES.

Recogniti & à mendis typograph. repurgati à

M. ERASMO STOCMANNO
Hamburg. Naturalis, philosophiæ
Professore publico.

Accesserunt his nonnulla quorum capita
versa pagella videbis.



Bibliotheca Academiæ Rostochiensis

Cum Cæsareæ Maiestatis gratia & privilegio.

ROSTOCHII
Excudebat Stephanus Myliander.

Anno M. DC. IV.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0009
DFG

1. Additus est tractatus eruditus de Crepusculis.
2. Huic accedit brevis explicatio doctrinæ
3. Sinuum⌣: Et compositionis tabulæ Sinuum dilucida demonstratio.
4. Item reliquarum tabularum quæ huic libello insertæ sunt, compositionis modus.
5. Item Catalogus eorum qui in Astronomia floruerunt.
6. Adjuncta est & tabula continens Longitudines Latitudinesq; civitatum atq; aliorum locorum, secundum ordinem Alphabeti dispositæ.
7. Cum Indice copiosissimo omnium eorum quæ in opere continentur.

Roduntur variis prudentum pectora curis,
Qui cœli affectant scire Deumq; vices.

Ampliſsimis, pietate, virtute, prudentia & Eruditione præſtantiſſimis viris, Dominis Conſulibus & toti Senatui Inclytæ HAMBURGENSIS Reipub. Dominis ac patronis ſumma obſervantia colendis, felicitatem perpetuam precatur.

QVoties celeberrimæ veſtræ civitatis patriæ meæ dulciſſimæ, recordor, quod ſæpiſſimè fit, ampliſſimi, clariſſimi, conſultiſſimiq; & prudentiſſimi viri, obſervantia, ſtudio & officio colendiſſimi, toties ſummâ voluptate afficior, & in maximâ felicitatis parte pono, quod in ea urbe honeſtiſſimis parentibus natus ſum, quæ & inter Anſeaticas civitates una ex præcipuis eſt, & non tantum mercimoniorum omnis generis affluentiâ, ac pretioſiſſimarum rerum importatione & exportatione abundat, & ædificiorum ſplendore & magnitudine maximè conſpicua, & ornata

est; Sed multo magis quod Ecclesiam, beneficio Dei singulari florentem & ab Idolomania & fanaticis erroribus repurgatam habet, unà cum Gymnasio optimè constituto in quo juventus in doctrinâ pietatis & bonis literis rectè instituitur & educatur. De hac felicitate cum & vobis & mihi meritò gratuler; tum etiam Deum opt. max, cujus hoc donum peculiare est, toto animo precor, uthanc Rempub. & Ecclesiam vestram, ac patriam meam carissimam perpetuo florentem & tranquillam conservet, & sub umbra alarum suarum clementer protegat ac contra insidias & molitiones adversantium perbenigne tueatur, ad nominis sui gloriam, ejusq; incolumitatem & salutem.

Ego verò cum in patria Schola, primarum artium fundamenta mediocriter jecissem, & ex consilio meorum in hanc Academiam, ante multos annos, ad uberiorem ingenij culturam missus essem, singulari providentia Dei factum est, ut tandem hîc fortunarum mearum sedem collocârim, & hospitis olim & præceptoris mei, viri præstantissimi & varia & eleganti doctrina præcellentis,

tis, GERHARDI NENNII Philosophiæ & Medicinæ Doctoris & Professoris eximij, filiam unicam, in matrimonium duxerim. Cujus pater jam dictus inter alias disciplinas, linguas ac artes, quas publicè & privatim docebat, etiam Mathematum studia magna industria juventuti proposuit, quorum amore & ego inflammatus, hoc studium, una cum Physices cognitione præcipue colui, eiq; me totum dedidi, & in eo maximâ cum voluptate ad hunc usq; diem versor, & juventuti ei arti deditæ meam operam à multis annis p virili præstiti & adhuc præsto.

Cum autem socer meus, cujus memoriam gratissimâ mente merito conservo, è vivis piè decessisset, aliquanto pòst tempore, accersitus in hanc Academiam ad professionem Medicam vir ingenij acumine, judicio exquisitò. & recondità doctrinâ HENRICVS BRVCÆVS, philosophiæ & artis Medicæ Doctor & Practicus eximius & felicissimus. Is Mathematicas disciplinas, unâ cum Medicina magno studio & industria in maxima frequentia auditorum profiteri cæpit. Quem cum & ego inter alios adultiores avi-

dè audiebam, deveni tandem in ejus familiariorem consuetudinem, ita, ut ille me amaret plurimùm, & ego eum tanquam præceptorem & collegam venerarer & colerem maximè. Cumq; BRVCÆVS pro suo acerrimo judicio, & singulari ejus artis cognitione existimaret, posse in Sphæricis aliquid concinnius & explicatiùs, quàm hactenus hic usitatum fuit tradi, & juventuti proponi: Tres hos de Primo motu libros conscripsit, quos in lucem editos, & ipse primum post alij mecum, illo interdum quiescente, publicè explicârunt. Cumq; non longè post, Exemplaria, quæ satis magno numero excusa erant, distracta essent & nulla amplius haberi possent: & ipse author moriens, eos mei juris feciſſet, ac figurarum, libris insertarum, typos, non sine magno sumptu sculptos mihi dediſſet & tradi jussiſſet, existimavi & fidei meæ & officij esse, ut & secundum ultimam authoris voluntatem eos denuo imprimi curarem. Idcirco hos tres libros, juvandæ rei literariæ studio, multò correctiores, quam antea fuêre, additis aliis necessariis & utilibus tabulis eo pertinentibus, recusos iterum divul-

divulgo. sub V. V. A. A. & E. Ex. nomine & auspicio, quod vos optimarum artium & disciplinarum Mecœnates præcipuos esse, & plerosq; vestrum hisce studiis humanioribus maximè delectari non ignorem quodq; jucundissimæ istius philosophiæ partis Matheseos cognitionem magnopere necessariam & utilem esse, qua nec Ecclesia nec Respublica, nec privata vita carere possit, præaliis rectissimè judicetis. Volui etiam patriæ meæ dulcissimæ, tum quoq; V. V. A. A. & E. Exc. aliquam mentis meæ gratæ significationem hac ipsa dedicatione declarare. Quam voluntatem & studium meum, ut A. A. & E. Ex. V. V. benignioribus animis accipiant, & me suo favore complectantur, majorem in modum etiam atq; etiam oro. Bene valete.

V. V. A. A.

deditiss:

ERASMVS STOCMANN
Hamburg. Profess. P.

DE SCIENTIIS MATHEMATICIS PRÆFATIO.

DIsciplinas Mathematicas universas, ut author est Proclus Diadochus in commentariis, quos in primum librum Euclidis conscripsit, antiqui philosophi variis modis diviserunt: Inter quorum omnium divisiones ea, quæ Pythagoreis adscribitur, & quam sequuntur Plato, Aristoteles, Boëtius alyq; gravissimi philosophi cum veteres tum etiam recentiores celeberrima semper extitit, qua quidem omnes disciplinæ Mathematicæ in quatuor præcipua genera, nimirum in Arithmeticam, Geometriam, Musicam & Astronomiam distribuuntur; neq; id sine ratione factum esse existimandum est. Cum enim universæ facultates Mathematicæ circa quantitatem versentur: Duplex autem sit quantitas discreta atq; continua; rursus quantitas discreta vel absolute ac per se, vel comparatione alterius considerari possit; pari ratione quantitas continua vel ut immobilis, vel ut mobilis sub cognitionem nostram cadat; Iure optimo effectum est ut quatuor præcipuæ disciplinæ Mathematicæ considerentur, quæ de duplici quantitate, sub duplici utriusq; consideratione disputarent cujusmodi sunt illæ quatuor jam enumeratæ.

datæ. Mathesis igitur sive Mathematica (exordiendo quidem à genere ipso) potest definiri scientia considerativa quantitatis, cuius vocabulum à Græcis mutuatum accepimus, μανθάνω enim in græco sonat, disco apud latinos: vnde μάθησις & μαθηματικὴ, disciplina & disciplinalis.

Arithmetica quidem circa quantitatem discretam h. e. numerum absolute ac per se consideratum versatur, passiones eius & totam numerorum vim vna cum arte numerandi diffusè, ac diligenter inquirens explicansq́. hæc sicuti à numero solet denominari: ita in numerorum contemplatione perpetuo versatur. ἀριθμὸς enim græcè, numerus latine dicitur vnde ἀριθμέω, i. e. numero & inde ἀριθμητικὴ quasi numerativa nuncupatur.

Geometria deinde de quantitate continua immobili differit, & terræ aliarumq́. rerum magnitudines metiri docet. Appellatur enim Geometria non quod solùm terræ dimensionem doceat, quemadmodum vocabulum ipsum græcum portendere videtur, γῆ enim terram notat μέτρον verò mensuram, vnde compositionis lege nomen Geometriæ resultat: verum etiam aliorum corporum mensurationem, ac aliarum quantitatum continuarum passiones demonstrat.

Musica verò circa quantitatem discretam h. e. numerum, facta comparatione cum alio versatur, sonorumq́. consentus atq́. harmoniam considerat.

Astronomia demum de quantitate continua, magnitudineve mobili disputationem instituit, & cœli astrorumq; motus invariabiles perscrutatur.

Harum autem quatuor disciplinarum Mathematicarum (ex quibus quidē omnes aliæ quovis modo de quantitate agentes manant, ac propagantur) latissimè patens est Astronomia ob multitudinem rerum, quas considerat, & ob id dignissima simul ac jucundissima ab omnibus semper habita est: ut in nullam alteram scientiam plus studij, laboris ac diligentiæ contulerint antiqui Philosophi, quam in hanc vnam Astronomiam. Sed quoniam successu temporis plurimi ab hac egregia disciplina longitudine librorum ac difficultate rei perterriti abhorrebant, ita ut pene jam collaberetur, ideo Iohannes de Sacro Bosco natione Anglus, egregius sua tempestate Philosophus ac Mathematicus, qui floruit circa annum domini 1232. volens huic malo succurrere in communem studiosorum vtilitatem ex probatissimis, selectissimisq; Astronomis, Ptolemæo, Alphragano, Albategnio & plerisq; aliis compendium quoddam exiguum vniversæ Astronomiæ; quod esset veluti introductio quædam ad Scriptores Astronomiæ graviores, ea, qua potuit, diligentia conscripsit: quod quidem ad nostra usq; tempora magnum semper in Scholis omnibus obtinuit locum: & in hac etiam Academia publice fuit prælectum, donec accersitus vir ingenio, judicio & doctrina clarus Henricus Brucæus *philosophiæ &*

phiæ & artis medicæ Doctor, pro suo acerrimo ac exquisito judicio, & interiore totius mathematicæ cognitione, Anno 1570. tres hos de primo motu libros conscriberet, eosq; publice in maxima auditorum frequentia doceret. Cum verò hoc tempore exemplaria amplius non extarent, Ego, typis figurarum Libris insertarum ab autore donatus juvandæ rei literariæ studio, Tres libros de motu primo denuo imprimi curavi. Quo autem paratiori animo alacriorique ad hanc scientiam cognoscendam studiosi accedant pauca de Astronomia in vniversum præfabor. Atq; primo dicam breviter de primis huius disciplinæ inventoribus, & qui potissimum in ea autores excelluerint. Secundo quibus partibus universa hæc scientia Astronomica contineatur, aperiam. Tertio de Nobilitate, dignitateq; Astronomiæ. Quarto deniq; de eiusdem utilitate ac necessitate in medium nonnulla adducam.

I. Ad inventores Astronomiæ quod attinet, nemini dubium esse debet, Astronomiæ primos inventores extitisse, humani generis progenitores ac propagatores, Adamum dico, Noë, Abrahamum & cæteros huiusmodi, à quibus etiam alias omnes disciplinas honestas, originem duxisse testantur antiquissimæ historiæ. Nam ut scribit Iosephus Antiq. Iud. lib. 1. cap 4. cum prædixisset Adam filiis suis exterminationem rerum omnium, unam Ignis virtute, alteramvero Aquarum vi, ac multitudine fore ventu-

turam, illi pertimescentes, ne disciplina rerum cœlestium, quam primi adinvenerunt, dilaberetur ab hominibus, aut antequam ad noticiam veniret, deperiret, duas fecêre columnas, aliam quidem ex lateribus, aliam vero ex lapidibus, & in ambabus, quæ invenerant conscripserunt, ut si constructa ex lateribus exterminaretur ab imbribus, lapidea permanens præberet hominibus scripta de rebus cœlestibus: quam columnam lapideam refert Iosephus hucusq; in Syria conservari: si vero lapidea columna ab igne consumeretur lateritia illæsa remaneret scientiamq; astrorum mortalibus exhiberet. Idem Iosephus cap. 8. eiusdem libri affirmat, ideo antiquos illos patres, tam longam duxisse vitam: ut vacare possent rebus Astronomicis ac Geometricis. Rursus in eodem libro cap. 15. Abrahamum virum justum & magnum, in cœlestibus rebus expertum nominat. Et cap. 16. testatur: Eum primum instruxisse Ægyptios in Arithmetica & Syderum scientia. Cæterum cui potissimum hæc inventio seu potius amplificatio Astronomiæ sit adhibenda, magna inter autores fuit semper controversia, & adhuc sub judice lis est. Quidam enim eam Ægyptiis attribuunt, quidam Assiriis, quidam Babyloniis, quidam verò eam primùm ab Æthiopibus inventam fuisse asserunt, eo quod sub æquinoctiali circulo degentes serenissimo semper cœlo fruuntur, ex quo facile syderum cursus observare possunt. Non inficias tamen

tamen eunt hi authores, Ægyptios eam postea magis perspicuam illustrioremq́ reddidisse. Neq; vero desunt qui Atlantem huius disciplinæ primum inventorem faciunt. De quo sic scribit Diodorus Siculus lib. 4. Ferunt Atlantem Astrologiæ fuisse peritissimum, deq; Sphæra primum inter homines disputasse; qua ex re visus est cœlum suis humeris sustinere. Et D. Augustin. l. 18. de civitate Dei ait: Atlas Magnus fuisse Astrologus dicitur: vnde occasionem fabula invenit, ut eum cœlum portare confingeretur. Sed quicquid tandem sit de primis inventoribus Astronomiæ, clarum est atq; certum complures insignes authores in ea excelluisse, è quibus in catalogo inferius posito recensentur duntaxat magis præcipui.

II. De partibus Astronomiæ ut rectius colligamus non incongrue à nominis explicatione sumemus exordium. Scientia igitur hæc de rebus cœlestibus quæ Astronomia appellatur, juxta nominis rationem & Etymologiam nihil aliud significare videtur, quam Astrorum rationem ac legem, ita ut Astronomia idem sit quod syderum scientia. Differit enim de Syderum motibus, motuumq́ certis & perpetuis victibus ac legibus, ordine stellarum atq; cœlorum, situ ac positu, ortu & occasu, multitudine ac magnitudine, distantia à terra, & à se invicem mutuo congressu, Eclipsibus, & aliis huiusmodi. Hæc ab aliis appellari solet Astrologia: Hoc autem tempore pro eadem scientia usurpantur ferè Astronomia & Astrologia, quamvis non-

nonnulli Mathematicorum ita distinguant ut Astrono nia eam doctrinam significet, quæ motus cœlorum astrorumq; considerat. Astrologia vero quæ ex conuersionibus cœlorum & conjunctionibus astrorum, oppositionibusue eventus prædicit futuros, & præsensiones significationesq; ad valitudinem & rem familiarem tuendam accommodatas.

Dividitur vero Astronomia in θεωρητικὴν, h.e contemplatricẽ & πρακτικὴν Id est operantẽ & agentem

Theorica considerat vniuersam mundi machinam ut in se est, describens constitutionẽ mundi dividensq; totam mundi compagem in ætheream & elementarem regionem. Deinde inuestigat numerum magnitudinem & motum omnium corporum cælestium, stellarum omnium ac planetarum ortus obitusq; speculatur pari ratione omnium constellationum & signorum figuras & imagines considerat, veraq; loca tam stellarum fixarum quam Errantium quas planetas vocant, numerorum docet calculo supputare, similiter planetarũ progressus, status regressus, conjunctiones oppositiones vnà cum Eclipsibus Luminarium Solis videlicet ac Lunæ & id genus alia propemodum infinita diligentissime inquirit.

Practica autem Astronomia quamalij judiciariam seu prognosticam h.e divinatricem dicunt, omnia ista ad usum vitæ humanæ accommodat. Contemplatur enim complexiones & naturas, tum signorum constellationumq;, tum etiam planetarum reliquarumq; stella-

stellarum: Item quænam signa sint calida, quæ frigida quæ temperata, quæ masculina quæ fœminina, & id genus alia explicat. Rursus ex motibus orbium & stellarum futuros eventus in hisce inferioribus prædicere conatur.

III. Cum authore Aristotele scientiæ alicujus nobilitas ex duobus sumi debeat. Nempe ex præstantia subjecti de quo agit & ex certitudine demonstrationum, quibus ea quæ considerat confirmat (ait enim eam scientiam præstantiorem nobilioremq3, quæ uel circa res præstantiores versatur, uel quæ certior est) quanta sit Astronomiæ dignitas ac excellentia haud obscure ex vtroq3 capite cognosci potest. Si namq3 subjectum, seu materiam astronomiæ spectemus, supremum ei propemodum locum inter reliquas omnes disciplinas humanas seu Luminæ naturali acquisitas concedendum esse fateri est necesse. Agit enim hæc scientia de corporibus cœlestibus quæ omnium nobilissima sunt pluribus de causis: Primo quoniam sunt ingenerabilia & incorruptibilia omnisq3 alterationis corrumpentis expertia. Secundo quia corpora cœlestia sunt caussa omnium horum inferiorum quemadmodum testatur Philosophus 1 Meteor. 2. De Cœlo. 2. de gene. & corrup. & plerisq3 alijs in locis. Tertio, quoniam corp. cœl. sunt propinquiora nobilissimo ac primo Enti, Immo secundum Averroëm corpus cœleste est mediator ac ligamentum superiorum cum inferioribus & locus æternorum ac diuinorum.

quarto

Quarto, quæ inter alia omnia corpora nobilißimum locum, ſupremum videlicet poßident, corpora ſunt ſuperiora, eo etiam nobiliora exiſtimari debent, ut philoſophi omnes fatentur. Accedit etiam ad dignitatem corporum cœleſtium quod habent accidentia nobilißima, nimirum motum & figuram circularem de quibus cap. 2. lib. 1. apud authorem, Lumen & alia huiuſmodi, ut non immerito philoſophus hæc corpora videatur divina nuncupaſſe. Quod ſi modum demonſtrandi, quo utitur Aſtronomia conſideremus, nemo negabit, omnes naturales diſciplinas ab hac ſcientia longe ſuperari. Adhibet enim ad ea confirmanda de quibus agit, demonſtrationes efficaciſſimas Geometricas nimirum & Arithmeticas, quæ ex ſententia omnium philoſophorum primùm certitudinis gradum obtinēt. Quare non ſine ratione ex utroq; capite voluit Ptolemæus ad initiū Almageſti, Aſtronomiā ſimpliciter inter reliquas ſcientias eſſe primam.

IIII Quanta demum ſit huius præſtantißimæ ſcientiæ utilitas, immo vero neceßitas vix explicari poteſt, ad omnes ſiquidem diſciplinas videtur Aſtronomia viam quodammodo parare, & aditum monſtrare ſecurum. Conducit enim imprimis plurimum Sacro S. Theologiæ. Nam conſideratione orbium cœleſtium, ac motuum ſemper eodem modo, & invariabiliter ſeſe habentium, cognoſcitur magnitudo, excellentiaq; creatoris ipſorum: ut non immerito Ptolemæus in principio Almageſti, ſecundum traditionem

tionem Arabum asserverit, hanc unam scientiam esse viam ac semitam ad sciendum Deum altissimum. A qua sententia non alienum illud D. Pauli ad Rom. 1. Invisibilia Dei &c. & illud Davidis: Cœli enarrant &c. Item, Quoniam videbo cœlos &c. nec non id quod est scriptum Sap. 13. de corporibus cœlestibus. Ex quo factū est, ut Astronomia quæ de præstantissimis istis corporibus disputat, à plerisq; Theologia naturalis vocetur. Inseruit etiam Metaphysicæ, Physicæ, Medicinæ, Poëticæ & Nauticæ ut alibi est dictum.

Est præterea Astronomia veluti fons & origo cosmographiæ, omitto quod hæc scientia, summe est necessaria ad Reipub. administrationem ut ad Agriculturam, ad bella gerenda & alia huiusmodi. cuius rei multa nobis exempla historiæ proponunt. Neq; prætereundum est, quod non ita multos ante annos ut refert Iohannes de Roias in Epistola ad Carol. V. Imperatorem, quam commentariis suis in planisphærium universale præfixit. Colonus ductor exercitus Ferdinandi Regis Hispaniarum superioribus annis quibus nouus orbis Indiæ occidentalis detectus est atq; exploratus, apud Iamaicam Insulam totum exercitum Christianorum ab imminente morte huius divinæ disciplinæ auxilio eripuit. Cum enim universus Hispanorum exercitus in ultimo jam vitæ periculo esset constitutus, neq; dux à Iamajcensibus alimenta vllo posset modo impetrare (hac enim ratione sperabant Barbari exercitum Christianorum facile sine armis

posse

posse expugnari) Rectoribus Lamaicensium nunciari jubet, ni sibi suisq; omnibus necessaria ad victum subministrent, plurima illis ac suprema mala imminere: In cujus rei testimonium non multo post Lunã eos obscuratam esse visuros (quam quidem ipse in Astronomia eximie versatus jam jam defecturam cognoscebat) contempserunt quidem primò Barbari jussa Ducis christiani ac minas: At cum ad constitutum ab ipso tempus Lunam deficere sensim conspicerent, neq; hujus rei causam intelligerent, illius tum verbis primo fidens, præbentes & commeatum Christianis assatim subministrarunt, & ad ipsius ducis cæterorumq; militum pedes prouoluti, uti sibi ignoscerent, obnixe efflagitarunt. Taceo multa alia exempla similia, ut non immerito Ptolomæus asseruisse videatur, optimum Astrologum multum malum prohibere, & sapientem Astronomum multum bonum hominibus posse procurare. Ad omnes has Laudes accedit quod semper hæc scientia de rebus cælestibus nimirum Astronomia habita sit in magno pretio. Adde nullam esse professionem, qua magis delectati sint maximi quiq; Reges, & Imperatores, quam Astronomia: Fuit enim illis hæc disciplina familiarissima cuiº rei testes sunt, tam qui prisco seculo vixerunt quam qui nostro seculo. Accedit huc etiam quod ex nulla alia scientia humana tanta voluptas & delectatio capitur, quanta ex Astronomia. In hac enim pulcerrima arte ea lustrantur, quibus, majus aut pulcrius excogi-

excogitari potest nihil In hanc animi nostri rapiuntur, atq; abstrahuntur à rebus hujus terrestris orbis nunquam in eodem statu manentibus, ad ea quæ nullis corruptionibus subjacent. In hac contemptis terreni hujus puncti angustiis per aëra spaciosum, inter aureos soles, argenteas, mutabilesq; Lunas, ac lucida sydera mira dulcedine & jucunditate vagatur animus. Atq; hæc pauca ex multis proœmij loco dicta sufficiant.

Astronomiæ Laus & dignitas ex Platonis Epinomide: vel Philosopho.

NOlite ignorare Astronomiam, sapientissimum quiddam esse Nempe necesse est verum Astronomũ esse non eum, qui secundum Hesiodum omnèsq; huiusmodi, occasum ortumq; considereat, sed eum potius qui circuitus octo, & quomodo septem sub primo versentur, quove ordine circulos suos singuli peragãt. Quod nulla natura nisi mirabilis sit, facile unquã inspiciat, ut modo diximus, & dicemus, declarantes quid oporteat & quomodo oporteat discere. Primo igitur id dicatur quod ☽ celerrime circulum suum evoluit, atq; ita plenilunium primum & mensem peragit. Soldeinde, inspiciendus est, qui solstitia versionesq; temporum circuitu efficit suo; præterea, & qui una cum ☉ currunt considerandi. Deniq; ne eadem de iisdem sæpius differamus, cursus omnes quos paullo ante tetigimus, quive non facilè intelliguntur contemplari debemus

debemus, ita ut naturæ prius doctrinis, ad hæc pertinentibus longo usu, laboreq; à juventa, immo vero & à pueritia præparentur. Quocirca doctrinis quæ Mathematicæ appellantur opus est, primo vero ac maxime numeris, non iis dico numeris, qui corpus habet, sed qui omnem paris imparisve generationem atq; virtutem, quam ad perficiendam cognoscendamq; rerum naturam conferunt. Quibus perceptis illa deinceps, quam ridicule Geometriam appellant, discenda est. Numerorum vero inter se natura dissimilium similitudo ad planorū partem relata clarescit. Quod quidem non humanum sed divinum miraculum, si quis plane intelligat videatur oportet. Post hanc Numeri qui in tres usq; dimensiones adaucti, sunt naturæ solidæ similes, ac rursus dissimiles, alia quadam arte, Stereometria videlicet huic simili, considerandi sunt, sed hanc quoq; qui in ea obiter versati sunt, Geometriam nominaverunt.

DE

DE MUNDO.

MUNDUS (quo universum, quod cuncta naturalia corpora complectitur, intelligimus) duas habet ut maximas ita naturâ plurimùm differentes partes: Elementarem & Cœlestem. Illa, cuncta quæ sub lunari sunt orbe, continet; sunt autem hæc quatuor elementa, Terra, Aqua, Aër, Ignis, & corpora ex his composita. Cœlestis verò ipsum cœlum ex pluribus orbibus compositum, qui vehunt infixa sibi lucida corpora comprehendit: Quos ex diversis moribus ipsarum stellarũ, qui oculis notari possunt, octo statuerunt.

Moventur enim stellæ non per se motibus proprijs, sed ad motum suorum orbium: ut proditum est ab Aristot. libro 2. capite 8. de cœlo. Quibus accessit ultima sphæra, omnia complectens, ob motum toti mundo communem: Neq; enim possunt ijdem orbes, per se, oppositis quodammodo motibus, agitari. Conspiciuntur autem

motus in cœlo duplices, unus ab ortu in occasum, toti mundo (excepta terra) communis, uniformis, & æqualis semper celeritatis, viginti quatuor horarum spacio suam periodum absolvens: qui primo mobili, cuncta ambienti, adscribitur. Alter huic oppositus, ab occasu in ortum procedens, planetis & stellis fixis proprius est. Hoc motu Luna, diebus viginti septem, & horis propemodum octo, suam periodum conficit. Mercurius uno anno, nunquam digrediens à sole partibus triginta. Venus eodem annuo temporis spacio absolvit. Solé nunquam partibus quinquaginta relinquens. Sol diebus trecentis sexaginta quinque, & horis sex ferè peragit. Mars annis duobus. Iupiter duodecim. Saturnus triginta. Orbis stellarum fixarum annis 36000, suam orbitam peragrat Ptolemæo, quam recentior Copernici observatio docuit 25816. absolvi. ut annis 72. propè unum gradum peragrent. Ex quibus perspicuum est, alia tardius, alia celerius suos circuitus absolvere. Ex hoc discrimine motuum, quo inæqualibus temporibus suos circuitus absolvunt, positus ratio desumpta est. Æqualiter enim

nim motorum corporum, quæ celerius moveri cernuntur, propiora esse necesse est. Quam ob causam Lunæ proximus terræ locus datus est; hanc Mercurius sequitur: illum Venus: hanc Sol: hunc Mars: quem consequitur Iupiter: Supremum inter planetas locum sortitus est Saturnus. Ipsa autem octava sphæra, quæ Aplanes dicitur, multitudine & varietate syderum ornata, hunc ambit.

EXOAION.

Mundus, inquit, Aristot. ὁ δὲ κόσμος, ἐξ οὐδενὸς καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων.

Vitruvius lib. Architect. 9. Mundum esse omnium naturæ rerum conceptionem summam, & cœlum syderibus ornatum, tradidit. Mundus ergo est maximus & summus rerum conceptus, quoniam perfectum corpus est. Nam perfectum est, cui nihil deest, & cui nihil addi potest. Mundo igitur, quoniam ex tota materia constat, & omnia complectitur, principio, medio & fine terminatur, continet, & non continetur, perfecti nomen convenit: quod illi tribuit Vitruvius, dum dicit esse conceptionem summam; Nam si summum est, extra ipsum nihil est, in ipso omnia concipiuntur. A perfecta absolutaq; elegantia; Mundus latinis,

κόσμος Græcis dicitur. Partes ipsius maximas, naturâ quoq; plurimum differre, dubium non est, quoniam corruptibile ab incorruptibili toto genere distat. Quod si quis corruptum tri aliquando sentiat, attamen tot seculis in cœlo nullam mutationem fuisse animadversam, elementis continuæ mutationi subjectis, magnum naturarum discrimen demonstrat.

Numerum Elementorum, multæ rationes naturales, quæ non sunt hujus loci, confirmant. Una Platonis à nobis commemorabitur, quod mathematicis disciplinis conjunctior sit. Eam Cicero, in fragmento, quod extat de universitate, sic reddidit. Corporeum & spectabile, itemq; tractabile omne necessum est esse, quod natum est. Nihil porro igni vacuum videri potest, nec verò tangi quod careat solido. Solidum autem nihil quod terræ sit expers. Quamobrem mundum efficere moliens Deus, terram primum ignemq; jungebat. Omnia autem duo ad cohærendum tertium aliquod & quasi nodum vinculumq; desiderant. Sed vinculorum id est aptissimum atq; pulcherrimum, quod ex se, atq; de his quæ astringit, quam maximè unum efficit, id optimè assequitur, quæ græcis ἀναλογία, latinis proportio dici potest. Sed cum soliditas mundo quereretur, solida autem

omnia

omnia uno medio nunquam duobus semper copulentur, ita contingit, ut inter ignem & terram, aquam Deus animamq; poneret, eaq; inter se compararet & proportione conjungeret: ut quemadmodum ignis animæ, sic anima aquæ, quodq; anima aquæ, id aqua terræ proportione redderet.

Motus ille cœlestis, quo cœlum irrequieto ambitu, inenarrabili celeritate, viginti quatuor horarum spacio circumagitur, & universum mundum, terrâ exceptâ, circumducit, primus dicitur: vel quod toti mundo communis: vel quod omnium celerrimus, & ob id ceterorum motuum mensura: vel quod dignitate & cognitione primus. Porro Ptolemæus libro magnæ compositionis primo, capite octavo, utrumq; motum, tam eum qui fit ab ortu in occasum, quam qui ab occasu in ortum, inter primos retulit, respectu motuum, κατὰ πλάτος, καὶ βάθος, qui in planetis considerantur. Libet Ptol. locum adscribere, quod ad nonnullorum, quæ hoc capite tractantur intelligentiam faciat. Primi, inquit, motus in cœlo sunt duplices. Unus est, quo omnia feruntur ab ortu ad occasum, semper eodem modo, & simili celeritate, in circulis parallelis, quiq; circa polos sphæræ, omnia æqualiter circumducentis, describuntur. Inter hos maximus est æquinoctialis, quia solus in

duo æqualia dividitur ab horizonte, qui & ipse maximus est, & fit æquinoctium apparens ubiq; cum sol in eo convertitur. Alter autem motus est, quo orbes stellarum contra priorem motum vehuntur, circa alios polos, non circa eosdem circa quos prior circumductio fit. Hæc ita esse supponimus ideo, quia videmus quotidie omnia quæ sunt in cœlo, in locis similibus & æquidistantibus, æquinoctiali, sensibiliter oriri, ascendere in medium cœli, & occidere: Ac talis quidem est primus motus. Sed alia observatio assidua ostendit, stellas quidem fixas intervalla inter se, & loca primo motui congruentia, ferè eadem retinere. Solem verò & Lunam, ac stellas errantes facere varias progressiones, & inter se inæquales, omnes tamen adversus primum motum ad ortum, moveri ac ad partes, à quibus discesserunt fixæ stellæ ab una sphæra circumactæ. Circumduci autem motu primo omnia, terra excepta, hinc patebit. Cœlestia enim corpora in orbem moveri, oculis animadverti potest. Eodem autem motu aerem agitari, cometæ in sublunari regione geniti testantur. Oceanum verò, nec non mediterraneum mare ab ortu in occasum ferri, confirmant navigationes. Lusitani enim dum Indiam petunt, ut superent promontorium Bonæ spei, maximè laborant, etjam ven

ventis secundis: summo impetu in occasum fluente Oceano. Hi vero quando Lusitaniam repetunt, breviore longè tempore cursum absolvunt. Idem testantur navigationes, quæ ex Belgico in Lusitaniam diriguntur, nam cum septimanis tribus aut paucioribus Vlyßiponem attingant, vix septimanis sex in Belgicum redeunt. Idem confirmant navigationes, quæ in Americam in occidente positam, fiunt. Nam eò proficiscentes, cum cursum diebus 24. aut 30. absolvant, vix tribus mensibus redeunt, tanto impetu in occasum oceanus fertur: Qui juxta Darienem, ubi isthmus alterius continentis est, tanto impetu rapitur in occasum, ut naves non queant cursum retrò agere, sed cogantur littora legendo, cursum suum versus septentrionem instituere, ut scriptum reliquit Petrus Martyr Mediolanensis, in opere novi orbis, decade tertia libri sexti. In mari quoq; mediterraneo idem motus conspicitur. nam cursus navigantibus facilior Dalmatiam, Istriam legentibus, & littora Italiæ versus occidentem persequentibus, quam è contra. Evenit tamen, ut hic motus, dum ob angustias freti Herulei rectà in occidentem progredi non queat, reflectatur versus Africam: atq; ita littora sequatur Africæ & Asiæ, ut ea ratione mediterraneum mare in orbem cieri, videatur.

Stellas non moveri ex se, sed orbibus inclusas suorum orbium motu duci, nullum evidentius argumentum quàm stellarum fixarum motus, sive proprium respicias, sive eum quem à primo motu consequuntur. Cernere enim licet in eorum motu formam sphæræ: ut enim in sphærâ puncta quæ polis proxima, minimos ambitus describunt, tardissimoq; motu cientur: quæ à polis remotiora, citatiore: velocissimo autem motu maximoq; ambitu feruntur, quæ plurimum à polis removentur. Idem in stellis animadvertimus, quæ pro ratione distantiæ à polis, peripherias describunt majores minoresvè, motuq; tardant, accelerantvè, sic tamen ut omnes æquali tempore circumeant & orbem expleant. Quum itaq; hæc in totâ illâ stellarum fixarum multitudine, ita se habeant, non dubitandum est, illas cœlo esse affixas. Si itaq; stellæ motu orbium moventur, non unam tantum sphæram, sed plures esse necesse est. Stellarum enim quas videmus, aliæ eundem semper inter se situm servant, aliæ continenter evariant: Illæ eadem in sphæra esse nequeunt, sed totidem sphæras constituere est necesse, quot sunt stellæ, quæ situm, distantiasq; ad alia commutant. Septem autem sunt quæ errantes, varios situs cùm inter se, tùm ad stellas fixas consequuntur, totidem itaq; sue-

fuerint planetarum orbes. Octavus autem stellis fixis dabitur, quas in eadem sphærâ esse consentaneum est, cum situs eosdem inter se perpetuò servent. Cum verò conspiciamus omnes sphæras agi ab ortu in occasum, singulas autem ab occasu in ortum proprio motu ferri, necessario nona sphæra videtur esse addenda, quæ reliquas includens, motu suo, quo ab ortu in occasum fertur, vehat. Quod enim alio continetur, natum est cum eo convehi. Vectionis igitur motu ceteræ sphæræ à suprema ducentur. Si progressus Planetarum in ortum cerneretur fieri in circulis parallelis æquatori, suspicionem moveret, solem & lunam, reliquosq; planetas circa polos æquatoris sive mundi circumferri, & unam esse totius universi conversionem ab ortu in occasum. Varios enim planetarum recessus in ortum, ad tardiores motus retulissent qui ab ortu in occasum feruntur, minimè ad lationem priori contrariam. Nam cùm luna moveatur singulis diebus 13 G. Sol, Venus & Mercurius propè uno. Mars, scrup. pr. 31. Iuppiter 5. m. Saturnus 2. m., cogitassent id fieri in sole promoto ab ortu in occasum partibus 359. cum primus motus diurnus, in stellis fixis animadversus partes 360. sive totum circulum absolveret. Ita luna moveri visa esset, partes 347, deficere verò à motu aplanes 13. g.

Idem de ceteris planetis fuisset judicium Adeo ut si sol cum planetis moveri cæpisset ac ortu in occasum, ab initio Arietis, die transacto attigisset gradum Arietis in ortu secundum. Luna verò decimum quartum, atq; ita de ceteris sentiendum fuisset: Nunc verò cùm non solùm progrediantur ab ortu in occasum, sed evagentur in septentrionem & meridiem, & in circulo ad æquatorem obliquo ferantur, fieri nequit, ut circa eosdem polos & eadem latione ferantur.

Quo autem ordine se habeant sphæræ cælestes, non planè convenit inter omnes. Plato enim, Ægyptios sequutus, supra Lunam statim constituit Solem, eam fortasis ob causã, quod convenientissimè prope terram ea locantur sydera, quæ maximè beneficio terrarum sunt facta. Tum si Sol supra Venerem & Mercurium statueretur, videatur obscurari aliqua in parte debere, ubi inter Solem & nostrum visum, Venus aut Mercurius essent positi, quod fieri non animadvertitur. Prisci verò ante Platonem, & qui eum sunt sequuti ferè omnes, supra Venerem & Mercurium Solem statuunt ob maximum intervallum, quod inter Solem & Lunam deprehenderunt, idq; sphæras Mercurij & Veneris occupare judicarunt, De Luna dubium non est, illam proximum terræ locum occupare, tùm quod

reliqua

reliqua astra occultet: tùm quod evidentem habeat diversitatem aspectus. Sumpserunt autem plerique veterum seriem orbium, penes revolutionum suarum magnitudinem. Cùm enim statuissent æquali celeritate sphæras cœlestes cieri, ut apud Macrobium lib. 1. in Somnium Scipionis, cap. 21. legere licet: quod unam & eandem crediderint cœlestium corporum naturam: eas minores esse necessarium est, quæ suos ambitus breviore tempore conficiunt. majores autem quæ serius absolvunt. Cumq; minor majori includatur, & terra omnium veluti centrum sit, fuerit Luna terræ proxima, reliquæ verò pro ratione temporis, quo suos circuitus absolvant, magnitudine different. Idem est ex perspectiva demonstrare, æqualitate motus suppositâ. Æquales enim arcus si æquali tempore Planetæ conficiant, illi maximè distabunt, qui minimi videntur. Æquales enim magnitudines similiter positæ, quo longius removentur, minores apparent. Ergò sphæra inerrantium stellarum remotissima fuerit. Ceteri verò planetæ, eo ordine quo digessimus. Hieronymus autem Fracastorius hunc in modum ordinem orbium nititur confirmare. Aplanen inquit, omnes uno consensu supra planetas statuunt: primum quidem ea ratione, quod comparantes Aplanen planetis, viderunt ocius circũverti Aplanen

in

in occasum, serius autem planetas; Rursus verò & Aplanen viderunt, quamquam citius converteretur, minus tamen ostendere motum suum, planetas verò manifestiorem facere. Quinimò & Aplanes stellas perstitisse exerunt apparere ne quidem moveri, nisi loca multi spacij comparassent, planetas verò per minus intervallum motum prodere animadverterunt. Apertissimum id signum fuit, non errantia sydera longius abesse à nobis, quàm planetas; quod jure fit non cognoscitur enim motus, nisi collatis locis quæ successivè post se relinquit id quod movetur. In propinquis autem, facilè est loca conferre; & distinguere, quãquam minimùm etiam distent, at in longinquis non facilè, quoniam quod inter unum & alium locum est intervallum, è longinquo basim non facit, nec in oculo angulum si parvum sit, propter quod nec moveri apparent quæ valdè distant, nisi loca multi interstitij comparaverimus: quam ob rem Aplanen longissimè nobis sitam animadverterunt. Esse præterea remotiora non errantia sydera, alio etiam num indicio deprehendêre, quod ea scilicet micarent, planetæ autem non. Tremulus equidem est visus, quod micare dicimus, neq; enim ipsæ tremunt stellæ, sed visus, quod tum fit, cum in magnâ distantiâ eundem locum tenere visu volumus, laborat enim

quæ

quæ sentit pars. Ad hæc autem planetæ, sæpe visi sunt aliquas non errantium stellarum occultare. Propter hæc igitur supremam omnium aplanen constituêre. Porro & planetas quoq; cùm inter se comparassent, viderunt & illos non æqualiter in occasum verti. Sed Saturnum ocius circumferri, mox Iovem, mox Martem, tardissimam verò omnium Lunam. Solem verò, Venerem, & Mercurium inter se quidem æqualiter, at luna tamen citius, tribus verò reliquis tardius. Saturnum ergo super alios cognoverunt esse, consimili ratione quâ & Aplanen cognoverant. Viderunt enim quanquam citius ille in occasum converteretur, tardissimum tamen in eo motum videri, qui etsi non micabat, propius tamen erat ut micaret quàm reliqui. Sub Saturno Iovem collocavêre, eisdem de causis. Sub Iove Martem, Lunam verò omnium imam constituêre, tùm quod tardissima in occasum acta, velocissima tamen in eo motu videbatur: tùm quod ab ea planetas reliquos obscurari, manifestum erat. Tùm ob evidentem aspectus diversitatem, quæ in ceteris obscurior est. In Sole autẽ Venere, & Mercurio, cum eæ rationes non apparerent, magna apud antiquos dubitatio fuit, quis horum esset superior. Non defuerunt, ut Martianus Capella in suâ Philologiâ

pro

prodidit, qui arbitrati sunt, Venerem & Mercurium circa Solem, tanquam suum centrum moveri. Quorum sententia, motibus horum corporum, qui æquales sunt, maximè est consentanea, & φαινομένοις excusandis imprimis accommodata. Eidem enim corpori Mercurius, Venus, & Sol inclusi, motus medios habebunt æquales. Progressiones autem, stationes, retrogradationes, diversas magnitudines apparentes, orbiculis quibus includuntur, quorum centrum Sol tenet, tuebimur.

Varietas itaq; motuum numerum orbium aperuit: Motuum tarditas celeritasq; ordinem ostendit. Porrò, planetæ, qui Latinis errones vel errantes stellæ dicuntur, non à vago incertoq; motu ita appellantur; sed à vario & inæquali, ob quem errare visi sunt, dum nunc progredi, nunc stare & veluti à motu cessare, nunc regredi cernuntur Nunc in septentrionem, nunc in meridiem deflectere. Stellæ autem octavæ sphæræ cum ob motus tarditatem, qui non ita potuit animadverti, tùm quod eadē intervalla, situmq; eundem interse perpetuò servarent, immobiles fixæq; sunt habitæ & dictæ, nullo in ijs motu animadverso, præterquàm qui universo est tributus. Harum stellarum non una magnitudo, nec splendor, nec vis, si Astronomis credimus, neque color. Penes manitgu-

gnitudinem, quam splendor consequitur, in sex differentias distribuerunt.

Primæ magnitudinis sunt XV.

Secundæ 45. Tertiæ 208.

Quartæ 474. Quintæ 216.

Sextæ magnitudinis 50. notantur. His obscuras 9. annumerant, & nebulosas 5. ut numerus stellarum, quas veteres uotarunt, sit 1022. inter quas illæ non recensentur, quas recentior navigatio ultra æquatorem circa polũ antarcticum detexit. Porro stellas pleraſq; enumeratas, veteres in imagines 48, quas ἀστερισμους, & σχήματα Ptolemæus, signa & sydera Plinius nominat, distribuerunt. De quibus sic Proclus capite ultimo suæ sphæræ. Signa stellis insignita, dividuntur in partes tres. Quædam in signifero locata sunt, quædam septentrionalia vocantur, quædam austrina. Quæ itaq; in signifero sita sunt, duodecim animalia sunt quorum nomenclaturam alibi diximus. In ijs duodecim stellæ quædam sunt, quæ ob quasdam quas referunt notas, proprias appellationes meruerunt. Si quidem sex numero, quæ in Tauri dorso visuntur, Pleiades nominantur. Quinq; verò, quæ in capite Tauri cernuntur, Hyades dicuntur. Stella verò, quæ pedes geminorum præcedit, Propûs quasi præpes vocatur. Quæ verò in Cancro nu-

nubeclam referunt, Præsepe vocant. At duæ quæ juxta Præsepe collocatæ sunt, Aselli dicuntur. Præ-nitens autem sydus, quod in corde leonis notatur, simili cum loco nomine, leonis cor dicitur: à non-nullis regia stella, quod qui sub eâ nascuntur, regiâ nativitatem sint nacti. Stellula verò, quæ juxta virginis dextram alâ figitur, Protrigetes dicitur; Latinis Vindemiator. At quatuor stellæ, quæ in sum mâ aquarij dextrâ visuntur, Vrnæ nomen habent. Quæ verò à piscium caudæ partibus sitæ deinceps sunt, græcè λίνοι, latinè lineæ: vel ut quibusdam placet, lineolæ nuncupantur. Sunt itaq; in australi nâ lineâ stellæ novem, in septentrionali quinq;. Sed præfulgens sydus, quod in summâ lineâ conspicitur, græcè Σωδεσμός latinè nodus nuncupatur. Septentrionalia sunt, quæcunq; ad septentrionem signiferi situm habent. Sunt autem hæc: Vrsa major, ursa minor, draco qui inter ursas locatur, Arctophylax, Corona, Engonasis, Serpentarius, Serpens, Lyra, Avis, Sagitta, Aquila, Delphinus, Protonochippi, hoc est, prior equi portio, juxta Hipparchum, equus Cepheus, Cassiopeia, Andromeda, Perseus, Auriga, Deltoton. Et qui postea à Callimacho in astra relatus est, Berenicis crinis. In ijs rursus stellæ quædam, ob notas quasdam integras, quas in se continent, propriis appellatio-

lationes sunt sortitæ. Nam insigne sydus, quod supra Arctophylacis crura jacet, Arcturus appellatur. Clara autem stella quæ juxta lyram posita est, totius nomine Lyra dicitur. Quæ verò in Persei summa sinistra spectantur, Gorgoneæ nomen habent. Sed quæ in summa ejus dextra notantur stellulæ, crebræ parvæque falcem conficiunt. At illustre sydus, quod in aurigæ sinistro humero cernimus, Capram nominamus. Duas verò exiguas stellas, quæ in summa ejusdem aurigæ manu figuntur, Hædos dicimus. Australia signa sunt, quæcunque ad meridionalem signiferi partem sunt posita. Eorum nomina hæc sunt Orion, Procyon, Lepus, Argo, Hydra, Cratera, Corvus, Centaurus, Fera quam Centaurus tenet, Thyrsolochus quam Centaurus præfert, Thuribulum, Australinus piscis, Cetus, Aqua quæ ab aquario funditur, Flumen quod ab Orione defluit. Australis corona, quam nonnulli Vraniscum vocavêre, ac si à cœlo diminutivum declines: & juxta Hypparchum caduceus. In ijs quoque stellæ quædam propria sibi nomina vendicavêre: quippe stella quæ in Procyone cernitur, Procyon appellatur. Quæ verò in ore Canis con-

ſpicuo ſplendore aſpicitur, quodque aſtus incrementa ſecum afferre putabatur. Canis, eodem, quo totum ſignum, nomine cenſetur. At ſydus, quod in ſummo Argus gubernaculo fulget, Canopus nominatur.

COELUM ESSE SPHAERICUM ET CIRCULARITER MOVERI.

GLOboſum eſt cœlum, quod corpori perfectiſſimo omniaq; complexuro, perfectiſſima, capaciſſimaq; figurarum conveniebat. Hæc autem in corporibus Iſoperimetris, eſt ſphærica, in planis circulus. Movetur autem in orbem cœlum, quoniam ſtellæ tam quæ oriuntur & occidunt, quàm quæ ſemper ſunt conſpicuæ, cernuntur paulatim aſcendere, donec ad ſummum cœli faſtigium devenerint; inde eodem modo devolvi in occidentem, eadem magnitudine,

dine, & æquali distantiâ à polis semper apparente. Peripherias igitur suo motu describunt, & in orbem cœlum circumagitur.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Formam inquit Plinius in specicm orbis absoluti globatam esse, nomen inprimis & consensus in eo mortalium orbem appellantium, sed & argumenta rerum docent. Non solum quia talis figura omnibus sui partibus vergit in sese, & sibi toleranda est seq́ includit, & continet nullarum egens compaginum, nec finem aut initium ullis in partibus sentiens. Nec quia ad motum, quo subinde verti debebat, talis aptissima est: Sed oculorum quoq́ probatione, quod convexus medius q̄ quacunq́ cernatur: cum id in alia accidere figura non possit. Sicut inter planas circulum, ita inter solidas figuras sphæram maximæ excellentiæ esse, multis planè rationibus constat, inquit Maurolycus. Vtraq́ enim inspecie, sua simplicitate, similitudine partium, æqualitate, identitate loci, fortitudine, atq́ capacitate cæteris maximè præcellit. Nā circulum unica linea, & sphærā una claudit superficies. In circulo arcus, et in sphæra portiones similiter sunt cōvexæ. In utraq́ figura medium est ab extremo æqualiter remotum: unde & utriusq́ latitudinem, æquales dia-

metri quaquaversum receptæ dimetiuntur. Vtrâq; circa centrum revoluta ejusdem semper loci limitibus definitur. Vnde utriq; & motus facilitas & partium firmitas nullo obstante extrinseco maxima comparatur. Circulus maximus inter planas isoperimetras, & inter solidas figuras sphæra capacissima est.

His accedit alia conditio, quod in neutra ejusmodi figurarum sit initium finemue reperire. Quo fit ut non temerè sed consulto ac summa Dei providentia credamus factum, ut mundus hujusmodi formam contraxerit quo scilicet Archetypum suum principio fineq; carentem, qua posset similitudine imitaretur. Sed & reliquæ dudum commemoratæ proprietates, universo maximè conveniunt. Simplicitas ut creatoris unitatem referret. Similitudo, ut partes totius formam participarent. Æqualitas, ut æquè gravia æqualiter à medio distarent. Identitas loci ne circulatus vacuum relinqueret. sive ut totus in toto nunquã non se contineret. Fortitudo, ut resistentiæ patiens quam facillimè verteretur. Capacitas, ut commodius omnia comprehenderet. Nec solum universus. sed & particulares orbes, tàm Æthereæ quàm element. uris regionis, & astra singula hujusmodi susceperunt formam. Sicut autem circulus à recta in plano altera extremitatum stante, semèl circumducta describitur

scribitur, ita & sphæra à semicirculo super fixam diametrum semel revoluto designatur. Præter cæteras causas rotunditatis terræ, allegatur æquilibrium corporum gravium æquè ad centrum undiq; connitentium, Nam collibrata pelagi terræq; facies, nisi æqualiter à centro remota, & proinde sphærica, esse non potest. Ea enim collibrata jacere, quæ sunt ejusdem altitudinis, & æqualiter alta, ea quæ paribus ab universali centro spacijs distant. Ea demum à centro æque remota, quæ in una superficie sphærica terminantur.

Isoperimetræ dicuntur figuræ, quæ habent ambitus æquales; ut triangulus dicetur isoperimeter parallelogrammo, aut alteri figuræ, cum tria ejus latera quibus clauditur, sunt æqualia lateribus figuræ cui isoperimeter dicitur. Vt triangulus æquilater cujus singula latera sunt 4. & totus ambitus 12. est Isoperimeter quadrato, cujus singula latera sunt tria, & ambitus itidem est 12. Circulum planarum superficierum Isoperimetrarum & sphærarum, corporum æqualis ambitus, esse capaciſsimam, hunc in modum demonstratur. Sit figura rectilinea æquilatera, & æquiangula $\alpha\beta\gamma\delta\epsilon$. illi circulus inscribatur, & ex centro κ, ducatur perpendicularis in latus figuræ rectilineæ $\kappa\delta$. Erit rectangulum sub $\kappa\delta$. &

medietate totius ambitus polygoni comprehensum, æquale areæ polygoni. Sit circulus λ, habens peripheriam æqualem ambitui polygoni, cùm autem ambitus polygoni sit major pe-



ripheria circuli sibi inscripti, erit & circumferentia circuli λ, quæ ambitui polygoni æqualis est, major peripheria circuli, qui inscribitur polygono α β γ δ ε. quare & semidiameter λ ο, major est semidiametro α δ. Ergo rectangulum

gulum, quod continetur sub λθ & dimidia peripheria, est majus rectangulo quod sub κδ, & dimidio ambitu polygoni, (qui dimidiæ peripheriæ est æqualis) comprehenditur. Est autem id, quod sub λθ. & peripheriæ semisse comprehenditur rectangulum, æquale circulo λ, ut patet ex demonstratis ab Archimede, prima prop. de circuli dimensione. Et quod sub κδ. & dimidio ambitu polygoni, est æquale polygono α. β. γ. δ. ι. circulus igitur λ., major est polygono ejusdem ambitus α. β. γ δ. ι quod erat demonstrandum.

Vt circulus Isoperimeter figuræ rectilineæ datæ, ea major est, sic figurarum rectilinearum æquilaterarum & æquiangularum & Isoperimetrarum, illæ quæ pluribus lateribus constant, majores sunt ijs, quæ paucioribus. Ita Hexagonum, pentagono; id quadrato; hoc triangulo majus est. Si enim trianguli æquianguli ambitus sit pedum 60, ut singula latera pedum sint 20, erit tota area pedum 173. $\frac{1}{7}$ prope. Totidem pedum si quadrati ambitus sit, ut singula latera pedum sint 15, area deprehendetur pedum 225, Pentagoni verò ambitus, si quoq; pedum sit 60, singulis lateribus pedes 12. protensis, aream habebit pedum 247. quasi. Hexagonum cujus latera pedum fuerint 10, ambitum habebit superioribus æqua-

lem, aream vero pedum propè 259. $\frac{7}{17}$ Porrò Circuli area, cujus ambitus sit superioribus æqualis, aream habebit 286. $\frac{4}{11}$

Sunt autem figuræ rectilineæ æquilateræ, & æquiangulæ, capacissimæ omnium ejusdem generis, hoc est, quæ totidem rectis lineis constant, & æqualem ambitum habent. Sit triangulus Isosceles æqualis ambitus cum æquilatero, adeo ut latera Isoscelis singula sint pedum 25., & basis pedum 10. Hujus area pedum deprehenditur 122. $\frac{22}{49}$ Minor area trianguli æquilateri & Isoperimetri. Sic si sumatur parallelogrammum rectangulum, cum superiori quadrato æqualem ambitum habens, ut unum laterum sit pedum 20, alterum 10, erit area pedum 200, quadrati area minor pedibus 25. Lubet adscribere Quintiliani locum lib. I. cap. X. Plurimùm, inquit, refert, cujus sit formæ circuitus, reprehensiq; à Geometris sunt historici, qui magnitudines insularum, satis significari navigationis ambitu crediderunt. Nam ut quæque forma perfectissima ita capacissima est. Ideoq; illa circumcurrens linea, si efficiet orbem, quæ forma est in planis maximè perfecta, amplius spatium complectetur, quàm si quadratum paribus oris efficiat. Rursus quadrata triangulis, triangula ipsa

ipsa plus æquis lateribus, quàm inæqualibus. Nam deni in quadram pedes, quadraginta per oram, intra centum erunt. At si quindeni per latera, quini in fronte sint: ex illo quod amplectuntur, quartam deducent eodem circumductu. Si verò porrecti utring, undeviceni singulis distent, non plures intus quadratis habebunt, quàm per quot longitudo ducitur: quæ circumibit autem linea, ejusdem spacij erit, cujus ea quæ centum continet. Ita quidquid formæ quadrati detraxeris, amplitudini quoq; peribit. Ergo etiam id fieri potest, ut majore circuitu minor loci amplitudo claudatur.

Vt autem circulo circumscripti polygoni ambitus, major est ejusdem circuli peripheria, & ob id semidiameter inscripti circuli, minor est semidiametro circuli, cujus peripheria ambitui polygoni est æqualis: Sic sphæræ, quæ includitur corpori, quod planis superficiebus clauditur, semidiameter, minor est semidiametro sphæræ, cujus convexa superficies est æqualis superficiebus planis corporis, cui sphæra est inscripta. Est enim ejus sphæræ superficies major superficie quæ corpori planis terminato superficiebus inscribitur. Ergo sphæra, cujus superficies est æqualis superficiei planæ ejus corporis, major eodem corpore est, id quod hunc in modum demonstrabitur. Sumatur

tur antecedens delineatio, & corpus cujus termini sunt planæ superficies sit α. β. γ. δ. ε. quod sit sphæræ α. circumscriptum. Eæ singulæ sphæræ superficiem tangent, id enim est sphæra circumscribere corpus planis superficiebus terminatum. E centro sphæræ ad puncta contactus ducantur lineæ, hæ sunt perpendiculares ad plana corporis. quare per 4. lib. 1. Spheric. Theod. est hæc sphæræ semidiameter, & altitudo omnium pyramidum, in quas corpus, quod planis superficiebus terminatur, pro multitudine planorum quibus clauditur, dividitur. Hæ pyramides simul sumptæ cum sunt æquales pyramidi ejusdem altitudinis, quæ basim habeat æqualem omnibus basibus pyramidum per VI. prop. lib. XII. Flemen. Euclid: erit eadem pyramis, corpori planis clausa superficiebus æqualis. Sphæræ autem semidiameter, cujus superficies convexa est æqualis planis superficiebus dicti corporis, est major semidiametro sphæræ eidem corpori inscriptæ. Ergo conus, habens pro basi sphæræ superficiem, quæ est æqualis planis superficiebus corporis dati, & pro altitudine ejusdem sphæræ semidiametrum, est major corpore superficiebus clauso, per prop. 14. lib. 12. Hic autem conus est æqualis ipsi sphæræ, ut ab Archimede prop. 22. & 42. lib. 1. de sphæra & Cyluidro est demonstratum,

Sphæ-

Sphæra itaque, quæ habet superficiem æqualem superficiei corporis, quod planis terminatur superficiebus, eodem corpore major est, quod erat demonstrandum.

DE CIRCVLIS SPHÆRÆ.

COELUM sphæricum esse demonstravimus. Est autem sphæra corpus solidum, una superficie contentum, in cujus medio punctum est, à quo omnes lineæ ad superficiem sphæricam productæ sunt æquales. Id punctum centrum sphæræ appellatur. Linea autem per centrum acta, & utrinque in sphæræ superficie terminata, diameter, sive axis sphæræ vocatur. Extrema verò ipsius diametri, sive axis, poli dicuntur. Poli mundi, sunt puncta in mundo opposita, circa quæ fit conversio diurna orbium cœlestium, ab ortu in occasum. Unus septentrionalis sive Boreus, qui à nobis conspicitur. Alter Austrinus, qui occultatur. Recta linea polos mundi connectens, axis mundi dicitur. Poli verò cujusq; circuli in sphæra

sphæra sunt puncta in superficie sphæræ oppositæ, à quibus ad ambitum circuli rectæ omnes deductæ sunt æquales.

Circulorum sphæræ, alij m[illegible]res, alij minores sunt, Majores sunt, qui sphæram in duas æquales partes dispescunt, vel quibus idem est centrum, quod sphæræ. Horum semidiametri, cum sint sphæræ semidiametri, erunt omnes circuli majores æquales, & secabunt sese in centro sphæræ bifariam: Quoniam communis sectio, quæ est linea recta, per centrum cujusque traducitur, & fit demetiens. Minores circuli sunt, qui secant sphæram in partes inæquales: Hi magnitudine differunt. Qui a sphæræ centro minus distant, majores sunt, qui ab eodem centro magis removentur, minores.

Circuli autem sphæræ maximi sunt, Horizon, Æquinoctialis, Zodiacus, Meridianus, Colurus, Verticalis, Horarius. Inter hos Horizon, Meridianus, Verticalis, Horarius, immobiles sunt. Reliqui una cum sphæra circumferuntur, & ideo mobiles dicuntur.

Horizon latinis Finitor, est circulus magnus immobilis, dividens cœlum in duo hemi-

hemisphæria, unum partem cœli conspicuam, alterum eam quæ non cernitur comprehendit. Huius polus, est loci vertex, alter vero punctum oppositum. Sunt autem varij horizontes, ut varius est locorum situs, in quibus diversa cœli hemisphæria apparent.

Æquinoctialis sive Æquator est circulus magnus mobilis, æqualiter à polis mundi, (circa quos fit diurna revolutio corporum cœlestium) qui & ipsius sunt poli, distans: Sic dictus, quod sole sub eo existente, fiat dies nocti æqualis, omnibus terram incolentibus. Cum itaq; huius circuli poli, sint primi motus regularis, & æqualis semper celeritatis, poli, ipse quoq; regulariter æqualiterq; movebitur, hoc est, æqualibus temporibus, æquales arcus pertransibit. Meritò itaq; æquinoctialis, mensura temporis, & motus aliorum circulorum, quorum partes inæqualiter moventur, mensura constituetur. & regula. Hunc circulum, horizon nunc secat ad angulos rectos, nunc verò ad obliquos? Hinc appellationes rectæ & obliquæ sphæræ, & rectorũ obliquorũq; horizontium sunt desumptæ. fit enim ob horizontium

tium varietatem, varias oriri æquatoris ad ſiniorem inclinationes. Quando æquator inſiſtit horizonti ad angulos rectos, ſphæra dicitur recta, & horizon rectus eſt. Obliqua autem, cum obliquos facit angulos cum horizonte: qui ob id horizon obliquus dicitur. Habent autem illi ſphæram rectam, quorum verticibus æquator incumbit, quibus & poli æquatoris ſive mundi in horizonte poſiti ſunt. Nam cùm æquator his tranſeat per polos ſuorum horizontium, neceſſariò ſecat illos ad angulos rectos, & horizontes neceſſariò ducuntur per polos æquatoris. Obliquam autem, qui extra æquatorem habent ſuos vertices. his enim æquator ad horizontem, cùm non tranſeat per polos ipſorum, inæquales angulos facit, tantò obliquiores, quo magis ab æquatore recedunt. His alter polorum ſemper attollitur, alter deprimitur: In ſeptentrionem ab æquatore deflectentibus, Arcticus conſpicitur, in meridiem verò Antarcticus. Tantaq; eſt elevatio poli, quantus eſt ab æquatore receſſus, ſive verticis ab æquinoctiali diſtãtia.

ΣΧΟΛΙΟΝ

Sit circulus transiens per verticem & polos æquatoris, α β γ δ, Horizon α β, æquator δ γ, Vertex ab æquatore ζ, polus æquatoris ε. Erit ε α poli elevatio: ζ γ. verticis distantia. Dico illas esse æquales. Cum enim sit polus Horizontis ζ: Ergo distabit à suo circulo majore α β, circuli quadrante ζ α. Eademq; ratione ε ab æquatore quadrante circuli majoris aberit. Sunt autem omnes quadrantes circuli majoris in sphæra æquales: Ergo ζ α ipsi ε γ æquabitur: dempto communi arcu ε ζ. relinquetur distantia verticis, quæ loci latitudo dicitur γ ζ, æqualis elevationi polari α ε.



ZODIACUS est circulus major mobilis, habens latitudinem, quam mediam β secat peripheria solis proprio motu descripta, quæ ecliptica dicitur, declinans ab æquatore partibus 23. scrupulis primis 30, Totidem quoque partibus, ipsius poli, à polo mundi distant. Circulorum enim sese secantium maximæ declinationi, semper est æqualis polorum distantia. Hic obliquus circulus Aristoteli dicitur, quod axi mundi obli-

obliquè insistat, & in conversione diurna obliquè volvatur. Huic circulo soli latitudinem tribuerunt, ut planetæ sub zodiaco semper possent constitui: Varijs enim modis evagantur à solari via, quam ecclipticam nominant (quæ medium zodiaci tenet) nunc in septentrionem, nunc in meridiem digredientes. Totam verò latitudinem posuêre partium 16. quod digressiones planetarum utrinq; ab ecliptica, octo gradus nunquam visæ sint excedere. *Cum autem zodiacus & æquator sint circuli majores, bifariam sese secabunt. & in duobus tantum punctis. Hæ intersectiones, æquinoctialia puncta vocantur, quod sole ab ea devoluto, dies nocti reddatur æqualis: Et altera verna, altera autumnalis dicitur: Verna quidem, à qua sol se transfert ab æquatore in hemisphærium septentrionale. Autumnalis, à qua in austrum devehitur.*

Puncta ecliptica quæ ab his intersectionibus quadrante circuli absunt. Solstitialia appellantur: (Sunt autem puncta ab æquatore maximè declinantia;) quod sol, cum ad ea loca devenerit, stare videatur, & à motu proprio cessare, dum aliquot diebus ad eadem propè meridiani loca, motu primo

mo, transferri conſpicitur. Hunc in partes duodecim divisère, quas ſigna Latini, δωδεκατημόρια Græci nominant. Signum verò quodq; in partes 30. quas gradus appellant: ut universus circulus, partes, siv. gradus 360. complectatur. Cum autem hæ partes 360. majoris circuli, non exiguum in cœlo intervallum comprehenderent uiſum eſt Aſtronomis, quô exactè motus planetarum deſignarentur, ſingulas partes ſive gradus ſecare in 60. ſcrupula prima, & hæc in totidem ſcrupula ſecunda, quæ in totidem tertia, hæc verò in totidem quarta ſcrupula: Quarta autem in 60. ſcrupula quinta, proſequentes eam diviſionem ſexagenariam continuo ordine, donec ad eas minutias deventum eſt, ut ne minimum quippiam in planetarum locis definiendis, deſideretur. Similis quoq; diviſio in alijs circulis obſervatur, omnes enim in 360. partes dividuntur. Cum autem zodiacus ſecetur ab æquatore in locis oppoſitiis in duo hemicyclia, (ſunt enim circuli majores) unum ab æquatore declinabit in ſeptentrionem, alterum in auſtrum. Communis interſectio, à qua ab æquatore Sol in ſepten-

trionem progredirur initium constituatur signorum, quod Arieti cessit, quem signa reliqua hoc ordine sequuntur Aries ♈, taurus ♉, gemini ♊, cancer ♋, leo ♌, virgo ♍, libra ♎, scorpio ♏, sagittarius ♐, capricornus ♑, aquarius ♒, pisces ♓. Horum sex priora, aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo, Septentrionalia dicuntur, quod occupent medietatem zodiaci in septentrionem ab æquatore declinantem: reliqua autem sex, libra, scorpio, sagittarius, capricornus, aquarius, pisces, australina: quod in hemicyclio zodiaci, deflectente ab æquatore in austrum, constituantur. Medietas autem illa zodiaci à Cancro ad Capricornum, complectens cancrum, leonem, virginem, libram, scorpium, sagittarium, descendens appellatur: Reliqua vero continens capricornum, aquarium, pisces, arietem, taurum, geminos, ascendens. In hac enim sol dum movetur, continuè ad nos ascendit, & vertici nostro vicinior fit: In illa verò quotidie magis magisq; removetur, donec extremum limitem, solstitium hybernale contigerit.

Sunt autem in zodiaco quatuor puncta, quæ

quæ Cardinalia nominantur: Duo æquinoctialia, quæ in principio ♈ & ♎ posita sunt. Duo solstitialia, quæ initium ♋ & ♑ tenent, quibus quatuor anni tempora distinguuntur. Vernum enim æquinoctium, veris initium designat: Autumnale, autumni. Sic solstitium æstivum, æstatem inchoat: Hybernum hyemem.

COLURI sunt circuli magni mobiles, permundi polos descripti, transeuntes per puncta solstitialia & æquinoctialia: Ille qui per solstitia traducitur, Colurus est solstitiorum. Qui per intersectiones, zodiaci & æquatoris, sive puncta æquinoctialia, Colurus æquinoctiorum dicitur: Secant autem hi duo coluri sese in polis ad angulos rectos, & tàm zodiacum quàm æquatorem, in quatuor quadrantes dividunt. MERIDIANUS est circulus major immobilis, per mundi polos, & verticem dati loci, qui polus est horizontis, descriptus: Sic dictus, quod cum sol motu primo ad eum evectus est, meridiem efficiat: Cum enim per horizontis polos & æquatoris describatur, necessario secabit cum horizontem, tûm arcus circulorum primo motu descri-

ptorum, bifariam. Quoniam verò circulus per mundi polos descriptus per plurium vertices duci potest, erit unus idemq; meridianus pluribus communis, quod illis evenit; quorum distantiæ directo in meridiem vel septentrionem feruntur. Reliqui verò, quorum intervalla deflectunt à cardinibus mundi jam dictis, diversos habent meridianos. Sunt & *VERTICALES* circuli majores immobiles, qui per polos horizontis describuntur, in quibus stellarum altitudines sumimus, & locorum intervalla. Majores quoque, qui per polos zodiaci describuntur, quibus stellarum longitudines & latitudines definiemus. *HORARII* circuli, sunt circuli magni, immobiles, descripti per polos mundi, dividentes æquatorem, in quatuor supra viginti segmenta æqualia, quæ æqualium horarum sunt intervalla: & gradus quindecim, quales æquator continet 360, complectuntur. Est autem meridianus horariorum circulorum unus.

MInores diximus circulos, quisphæram in partes inæquales dispescunt. Hic consideramus eos qui paralleli sunt æquatori

tori, & motu primo describuntur. Sic sol cum tàm in septentrionem, quam meridiem ab æquatore recedat; dum vel ecliptícæ medietatem septentrionalem occupat, vel meridionalem, & motu primo quotidie circumagitur, varios describit parallelos æquatori, magnitudine differentes. Sic stellæ, cum variè distent à polis, diversos quoque parallelos motu primo describent. Extremi autem horum parallelorum, quos sol describit in solstitijs, (locis ecliptícæ maximè ab æquatore distantibus,) dum initium Cancri & Capricorni occupat, Tropici nominantur, quod tunc incipiat vel cursum suum ad nos reflectere, quod in Capricorno accidit: aut avertere, quod evenit in Cancro. Unus horum tropicus Cancri, alter Capricorni dicitur: Ille limitem motus solis versus septentrionem diffinit: hic versus austrum. Alij duo minores circuli sunt Arcticus & Antarcticus qui à zodiaci polis describuntur, dum cœlum motu primo circum agitur. Ille à boreali: hic ab austrino zodiaci polo. Horum distantia à mundi polis, ut supra indicavimus, est partium 23, 30. m. quæ tropi-

corum circulorum ab æquatore est.

ΣΧΟΛΙΟΝ

Polorum distantiam esse æqualem maximæ distantiæ circulorum, quorum sunt poli, hinc patet. Polus enim semper distat à suo circulo majore, quadrante circuli. Et quadrantes ejusdem, & æqualium circulorum, sunt æquales. Sit itaq; in antecedente figura, ζ, polus majoris circuli α β: & ε, polus alterius circuli δ γ: Sitq; descriptus circulus δ. α. ζ. ε per polos ε & ζ qui quoq; transibit per puncta γ. β. (circulorum α ε & δ γ.) maximè declinantia: dico ε. ζ. polorum distantiam, esse æqualem γ. β, maximæ declinationi. Est enim quadrans ε. γ. æqualis quadranti ζ β, subducto communi arcu ζ β, relinquitur α ζ polorum distantia, ipsi γ, ε, maximæ circulorum inclinationi, æqualis; quod erat demonstrandum.

Enumeratos circulos sphæræ majores, esse magnos sphæræ circulos, hinc patet. Æquator cum æqualiter distet à polis mundi, punctis sphæræ oppositis, sphæram secabit bifariam. Horizon quum dividat partem cœli visam à non visa, & utraq; hæmisphærium sit, sphæram bifariam dispescet. Zodiacus cum ab omni horizonte in æquas partes dividatur, sex enim signa supra horizontem, sex infra perpetuo conspiciuntur, est quoq; circulus sphæ-

sphæræ major. Meridiani, Coluri, Circuli horarij, quum describantur per polos æquatoris, & axem mundi habeant pro diametro, magni quoq; sphæræ circuli sunt. Idem de circulis per polos Zodiaci traductis est sentiendum, habent enim sphæræ dimetientem pro diametro.

Zodiaci latitudo ponitur à Proclo partium XII. ut utrinq; ab ecliptica latitudo, sit partiũ VI. Cum autem planetæ, quos omnes sub zodiaco voluerunt moveri, magis aliquando ab ecliptica evagentur: posteriores, majorem Zodiaco latitudinem tribui debere, sunt arbitrati: eamq; latitudinem zodiaci constituerunt, quam planetæ nunquam visi sunt excedere, partium scilicet XVI. Planetarum enim digressiones ab ecliptica, VIII. gradus non superant. Quod autem zodiacus, divisus sit in partes 12, videtur à lunæ motu desumptum, quæ duodecies soli conjungitur, antequam suam orbitam percurrat. Et ipse eodem ferè temporis spacio, quo ab una conjunctione ad alteram revertitur, duodecimam circuli partem conficit. Ipsa quoq; quatuor anni tempora, quæ sol potissimum suo motu proprio efficit, causam dedisse potuerunt huic divisioni. Quolibet quadrante in tres partes diviso, utpote principio, medio & fine, quæ incremento, statui, & decremento cujusq;

temporis anni, respondeant. Adde quod duodenarius numerus primus continet sextantem, trientem, quadrantem, semissem, quibus aspectuum diversitas omnis continetur. Quæ semisse circuli distant, opponuntur: Sextilis, sextantem comprehendit circuli. Trigonus, trientem: Quadratus, quadrantem. Quod autem circulus omnis secetur in 360 partes, factum aliquis existimet, quod circulus primum â semidiametro in sex æquales partes dividatur; subtendit enim ea quæ ex centro sextantem circuli, ut quarto lib. Elem. docetur. Vnde forte ductum est, quod nonnulli hanc senariam divisionem sequantur, dividentes circulum in sex signa quæ Physica nominant. Horum singula divíserunt in 60 partes, ob partium magnitudinem in quas dividitur. Circulo igitur diviso in partes sex, & qualibet in 60, necessario dividitur circulus in partes 360. Has in Zodiaco μοίρας vocat Ptolomæus, Latini partes & gradus. In æquinoctiali autem χρόνους id est tempora. Quia cum æquinoctialis circulus in mundi conversione æquabiliter oriatur & occidat, partes ejus aptissime diurna ac nocturna tempora metiuntur.

Non me latet circulum verticalem potissimum dici eum, qui meridianum ad angulos rectos secat, & æquatorem in punctis ortus & occasus, Nobis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0068
DFG

Nobis autem rei naturæ convenientius visum, verticales omnes illos circulos magnos vocare, qui per locorum vertice describuntur. sive altitudini stellarum observandæ deserviant, sive locorum intervallis definiendis, sive ad alios usus accommodetur.

Cum circulos majores sphæræ, quorum potissimus in hac tractatione est usus, descripserimus, non abs re facturi videmur, si eorum quoq; meminerimus, quibus duodecim cœli domicilia distinguuntur, in eorum potißimum gratiam, qui judicia futurorum eventuum ex astris ferunt. Non est autem unus distinguendi modus: visum enim nonnullis ut Firmico & Ptol. hemicyclium Zodiaci, quod supra horizontem dato tempore consistit, in partes sex æquales secare, & per sectiones & polos Zodiaci circulos magnos describere, quibus Zodiacus totumq; cœlum in duodecim domicilia dividitur.

Sunt qui semicirculum æquatoris horizonte vel meridiano interceptum, in senas partes æquas dispescunt & per has intersectiones, & communem intersectionem horizontis & meridiani circulos magnos ducunt, qui cœlum dividant in duodecim domicilia, qui modus Regiomontano probatur, quem hoc tempore plurimi sequuntur. Alij ut Campanus circulum verticalem, qui secat horizon

rizontem & meridianum ad angulos rectos, dividunt in duodecim segmenta æqualia, & per sectiones oppositas, communesq; sectiones meridiani & horizontis, quæ descripti circuli verticalis poli sunt, circulos describunt domiciliorum distinctores. Quartus vero modus Alcabitij est. Sumitur ad datum tempus in data regione gradus ecliptice ascendens. Huius arcus semidiurnus, sive arcus æquinoctialis circuli, arcui semidiurno respondens, in tres partes æquales dividitur, & in totidem æqualia segmenta arcus seminocturnus. Per has sectiones & punctum ecliptice oriens, describit per polos mundi quinq; circulos, qui cum meridiano partiuntur cœlum in duodecim domicilia. De quibus vide quatuor ultima capita tabularum Directionum Erasmi Reinoldi. Horum domiciliorum initium ab Horoscopo sumitur, hoc est ab horizonte ortivo, & numerantur in consequentia per subterraneum semicirculum. Horoscopus sive angulus orientis prima domus est. II. Græcis ἀναφορα, latinis inferna porta. III. θεα, Dea. IV, ὑπόγειον imum cœli. V. ἀγαθὴ τύχη, bona fortuna. VI. κακὴ τύχη. mala fortuna. VIII. δύσις. occasus. IIX. ἐπαναφορα, superna porta. IX. θεὸς, Deus. X. μεσουράνημα, medium cœli. XI. ἀγαθοδαίμων, bonus dæmon. XII.

κακο-

κακοδαιμόνων, à tristium & infelicium eventuum significatione; ut undecima à felicium eventuum significatione, nomen sortita est. Ex his quatuor 1. 4. 7. 10. & imprimis horum initia, Græci κέντρα latini Cardines & angulos cœli vocant: Quatuor bis proximæ 2. 5. 8. 11 Græcis Παρανάφορα, latinis succedentes dicuntur. Quæ vero proximè cardines antecedunt, 12 3 6. 9. Græcis ἀπόκλιμα, latinis domus cadentes sunt.

Horizontem in rationalem & sensibilem dividunt. Rationalis is est quem supra definivimus, qui cum partem cœli visam à non visa separet, & ob id propriè, sit circulus convexum globi terreni contingens, tamen ob immensum intervallum quo sphæra stellarum inerrantium à terra distat, fit, ut hic circulus nullam pariat sensibilem differentiam, verum non secus quam si per centrum terræ actus sit, cœlum in duo hemisphæria dividit. Sensibilis autem horizon, inquit Proclus, est, qui à nostro visu in termino visionis circumscribitur. Et est terræ spacium rotundo definitum ambitu, quod in plano campo acies visus complectitur.

Hujus dimetientem, Proclus in sua sphæra, duorum millium stadiorum posuit; Macrobius trecenta sexaginta stadia continere, qualia 700. uni gradui, ex sententia Eratosthenis respondent; lib.

lib. Saturnali. septimo cap. 14. scriptum reliquit. Cumq; XV. milliaria Germanica æquentur stadijs 700, ipsi semidiametro sensibilis horizontis 180 stadiorum, quatuor propemodum milliaria, erunt æqualia. Quæ sententia, & observationibus quadrat & parum à Geometricis demonstrationibus dissentit, visu in editiore turri aut colle constituto. Nam posita semidiametro horizontis sensibilis, ut voluit Macrobius, stadiorum 180, qualia uni gradui 700 tribuit Eratosthenes, erit turris, aut collis altitudo unde fit prospectus, 227. prope pedum. Ex sententia autem Procli, cum semidiameter horizontis sensibilis sit 1000 stadiorum: fastigium montis, unde visus prospicit, assurgere est necesse ad stadia 17. & passus 59. Ex quibus tam Macrobij, quam Procli sententiæ veritas constat. De montium summa altitudine, non una est sententia. Eratosthenes, ut refert Theon, altissimum montem assurgere voluit stadia X. Cleomedes. XV. Allacen Arabs, in libello de crepusculis, VIII. millibus passuum. Plinius non credit Dicæarcho, dicenti altissimum montem, ratione perpendiculi, inveniss 1256. passuum: quoniam quosdam Alpium vertices noverit, longo tractu nec breviore 50. millibus passuum, attolli. Quod tamen non pugnat cum Dicæarchi sententia, ut Plin. arbitratur.



tur. Sit circulus magnus terrestris, cujus centrum sit γ, semidiameter γ. ε, quæ producatur in α, sitq; ε α altitudo visus: & ab α ducatur contingens circulum α. λ, connectaturq; γ. λ. Est angulus. α λ γ. rectus, est enim α λ contingens circulum; Et trianguli rectanguli α γ λ duo latera α γ & γ λ sunt nota. Vt autem α, γ, ad γ. λ. Sic sinus totus ad sinum rectum anguli γ α λ, cujus arcus angulum γ α λ aperit, quo subducto à quadrante, partium 90. Angulus α γ λ, subtendens arcum visionis, sive semidiametrum horizontis visibilis, patefiet. Quod si semidiameter horizontis visibilis data sit, ut arcus ε λ, sive angulus α γ λ, angulus complementi γ α λ, notus erit. Vt autem sinus rectus anguli γ α λ, ad sinum totum, sic γ λ, ad γ α, quare γ, α, in partibus semidiametri telluris, nota evadet, subductaq; semidiamatro γ ε relinquetur ε, α altitudo rei unde fit prospectus. Ex his data altitudine, licet arcum visionis colligere: & vicissim ex semidiametro visibili data, rei altitudinem. Ex hac quoq; demonstratione, discutere licet, utrum Pomponius Mela de Ara-

bia

bia agens, recte prodiderit, eam in altum adeo assurgere, ut quarta vigilia sol assici queat. Et Plin. de Casio Syriæ monte idem asserit, quem assurgere quatuor millibus passuum scripto reliquit Angulus enim α γ λ, subtendit arcum in circulo verticali, æqualem ei quo differt locus solis in verticali circulo, quem cernunt incolentes verticem montis: ab eo, quem vident qui in pede montis degunt. Assumatur delineatio præcedens, & sit circulus verticalis descriptus per verticem montis α χ δ β sitq; horizon eorum qui pedem



montis inhabitant, α ε δ & δ. punctum orientis solis

solis. Eorum verò qui verticem montis incolunt horizon orientalis sit χλβ: Sol ipsis conspicitur oriens in β: Dico arcum circuli verticalis ♪β qui differentiam continet, qua sol mane citius conspicitur in vertice montis κ quam in pede, ι esse æqualem angulo ιγλ. Cum enim Trapezij ιγλκ quatuor anguli sint æquales quatuor rectis, & duo anguli qui ad ιλ sint recti, reliqui duo qui ad γ & κ duobus rectis erunt æquales: sed angulus qui ad κ cum angulo ♪κζ duobus itidem rectis æqualis est: igitur angulus ♪κζ, angulo ιγλ est æqualis: subijcitur autem angulo ♪κβ arcus ♪β. igitur arcus ♪β totidem partes continet, quod subtendit angulus ♪κζ sive angulus ιγλ ei æqualis. Et quamvis κ non sit verè centrum circuli verticalis, parum ab eo distat, est enim propè terræ superficiem. Infra autem demonstratum est, globum telluris, puncti rationem ad universum habere, & ob id nullum discrimen inducere, si circulorum majorum centrum sumatur terræ centrum, aut punctum in eius superficie, aut quod ab hac parum distat.

Quamvis circulus Arcticus & Antarcticus à nobis sint definiti, qui à polis Zodiaci describuntur. Ipse tamen Proclus, & alij veteres septentrionalem quoq;, sive arcticum circulum, intelligunt circulum

culum æquatori parallelum, qui horizontem in puncto contingit, & totus supra horizontem est, astra, quæ nec ortum nec occasum sentiunt. secernens.

TERRAM ESSE SPHÆricam: medium universi tenere, ibiq; quiescere: & puncti rationem habere ad supremos orbes collatam.

His explicatis, reliquum est, ut demonstremus terram globosam esse. In quamcunq; enim orbis plagam quis vergat, non eadem cœli partes, quæ loco, unde digressus est conspiciuntur, oculis obijci animadvertet, terræ convexo obstante, ne eodem tempore, in diversis locis, quæ aliquo intervallo distant, eædem cœli partes appareant. Quod eclipses Lunares testantur in distantijs versus ortum & occasum sumptis: Nam cum hæ incidunt, nec sub eodem horarum numero omnibus con-

conſpiciuntur, nec eædem ſtellæ omnibus apparent, aut æqualiter ſupra horizontem attolluntur, aut à meridiano diſtant: ob diverſa hemiſphæria, alijs atq; alijs conſpicua.

Ipſe quoq; polus, & ſtellæ fixæ, quæ attolli deprimive cernuntur, pro ratione intervalli, quod ab ijs qui ſub meridiano iter faciunt, conficitur, idem confirmant. Intervallis enim locorum terreſtrium, arcus cœleſtes reſpondere ſimiles non poſſunt, niſi terra globi formam habeat: In alia enim figura quam ſphærica, id fieri nequit. Ipſius quoque terræ umbra quæ in conum deſinit, ut in eclipſibus Lunaribus, ex figura partis lumine deficientis, & alijs patet rotunditatem telluris confirmat: Quoniam conicæ figuræ, aut cylindricæ umbra, à nullo corpore, in omnes partes, præterquam ſphærico, proijciatur.

Terram autem in medio eſſe univerſi- Euclides propo: prima φαινομένων, demonſtrat in hunc modum. Sit in mundo horizon α β γ. Viſus noſter ſit δ centrum horizontis: Spectetur Cancer per dioptram in δ poſitam, oriens in γ: Con-



ſpicietur ex oppoſito Capricornus in α. Et quoniam γ♌α recta ſpectatur per dioptram. erit γ♌α linea recta dimetiens zodiaci, & inerrantis ſphæræ.

Rurſus cum per eandem dioptram conſpiciatur Leo: oriens in β. Et ex adverſo Aquarius, occidens in ε. Erit βε. recta linea ejuſdem zodiaci diameter, cum illum quoq; bifariam ſecet: Cumq; in utraq; diametro ſit centrum zodiaci, & orbis ſtellarum fixarũ, neceſſe eſt in communiſectione centrũ conſiſtere. Eſt autem communis ſectio punctum circa quod movetur dioptra, id itaq; centrum fuerit zodiaci ſive ſphæræ.

Eadem ratione demonſtrabitur, eodem viſu ♌ in alia terræ parte poſito, in ea fore univerſi centrum: Terra igitur mundi medium obtinet, & puncti rationem habet. Idem confirmatur, quod intervalli ſterreſtribus arcus cœleſtes reſpondentes ſimiles ſint, quod minime eveniet, terra extra univerſi medium poſita.

Ab incommodo hunc in modum quis demonſtret, Si terra non ſit in medio univerſi, erit exrra medium, vel in axe, vel extra axem: quocunq; ſitu poſito, ſemper ſequetur,

tur, æquinoctia non apparitura eodem tempore omnibus hominibus terram incolentibus, & umbras quæ in æquinoctijs proijcientur, sole oriente & occidente in unam rectā lineā non desituras, Nec Eclipses lunæ in opposito solis loco tantum appariturās, sed in spacijs semicirculo minoribus.

Puncti autem rationem habere, si cum cœlestibus corporibus superioribus conferatur, patet ex Euclidis ratione, capite præcedenti tradita: Si enim semidiameter terræ aliquam haberet rationem ad intervallum sphæræ inerrantis, horizon qui ducitur per terræ superficiem, non secaret orbem octauum bifariam, Nec uno punctorum eclipticæ posito in ortu, alterum ei oppositum conspiceretur in occasu, sed infra horizontem delitesceret. Tum etiam, quod magnitudines stellarum, & earundem distantiæ eædem conspiciantur à quibuscunq; in parte terræ consistant, tanq; omnes ab eodem puncto, quod ipsius sphæræ sit centrum intuerentur. Idem comprobant obseruationes factæ armillis & gnomonibus, φαινομένοις correspondentes, non secus quā si in centro telluris factæ essent.

Ex ijsdem perspicuum est, terram à centro non recedere, sequerentur enim eadem absurda, quæ terra extra centrum mundi posita, diximus accidere. Sed nec in orbem circa axem, & centrum mundi movetur. Gravia enim sursum sublata & deorsum demissa; in eandem telluris partem feruntur, quod fieri non posset, tellure in orbem mota, & XXIV. horarum spacio circumacta. Quamvis enim quis dicat aerem similiter moveri, tamen corpus grave in aere positum eadem celeritate in orbem ferri, simulque deorsum ruere, absurdum est. Corpus enim duobus motibus actum in utroque motu aliquid celeritatis amittit.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Non est quod aliquis arbitretur puncta Zodiaci ex diametro opposita stellis aut alijs notis insignita, in oculos incurrere. Verum ista animadversio à sole pendet, qui quoties loca ecliptica opposita tenet, umbras proijcit in partes oppositas, quæ unam rectam lineam constituunt. Et per dioptram immotam in locis oppositis cum sol versatur, radij proijciuntur: Itaq; cum in omnibus hisce diametris sit centrum zodiaci, sive ecliptica, quæ sese secant in instrumenti centro, vel in punc-

cto à quo erectus est gnomon, utiq; centrum id Zodiaci quoq; fuerit. Quod fieri non posset, nisi terra puncti rationem haberet ad orbem stellarum fixarum: nam instrumenti centrum appareret diversum à centro universi, nec in oppositis locis sol consistens radios in directum proïceret. Ergo cum solis radij (quando in intersectionibus æquinoctialis cum zodiaco, aut in punctis maximarum declinationum, quæ initium cancri & capricorni tenent, aut alijs ecliptícæ locis quæ ex diametro opponuntur, ut in initio leonis & Aquarij, sol constituitur, cum altero punctorum oriens, & cum opposito occidens) in oppositas partes projecti, componant unam lineam in directum, patet singulas fore diametros zodiaci, sive ecliptícæ, & in singulis fore ejusdem circuli centrum, quod in earundem linearum, id est radiorum sive umbrarum concursu esse necesse est.

Terram sphæricam esse, quoniam intervallis aliquot in tellure sumptis arcus circuli maximi proportionales coresponde ant, hinc patet. Sit enim circulus maximus cœlestis α. ε. π. λ. Sub quo iteraliquis faciat, vel æqualibus intervallis π ♑ & ♑ ι, vel inæqualibus γ π & π ♑, his arcus maximi circuli ν β μ λ· correspondent proportionales, ut docet observatio æqualibus π ♑ & ♑ ι, æquales β χ, & χ μ. inæquali

bus; inæquales sub eadem ratione. Vt si differentia distantiarum sit dupla, arcuum quoq; maximi circuli est dupla: Quæ autem est ratio arcuum in circulo maximo α β & β χ: Ea est angulorum in centro ω ijs arcubus subtensorum.

Ergo distantiarum γ ϖ, & ϖ δ, est ea ratio, quæ angulorum γ ω ϖ, & ϖ ω δ. Ne-



cessarium igitur nos iter facere super circulo, cujus centrum sit terræ cœloq; commune, secus non possent ipsis angulis, distantiæ terrestres esse proportionales; Et cum sub quovis meridiano, vel alijs circulis majoribus iter facientibus, accidat intervallorum eandem servari rationem, quæ arcuum circuli magni: qui verticibus datorum locorum

locorum intercipiũtur, patet terram sphæricã esse.

Quamcunq; enim aliam figuram telluri affinxeris sive Cylindri, sive coni, sive Cubi, continget super linea recta nos posse progredi, in qua arcubus maximi circuli, sive angulis in centro intervalla proportionalia minimè respondent.



C. E. G. I.

Sit enim in Cylindro, vel Cono, vel Cubo, aut Timpano, vel alio corpore, linea recta A.B. super qua progressus fiat Dividaturq; in aliquot segmenta ælia CE.EG,GI. sitq; semicirculus verticalis viatorius (rectæ AB. incumbens) A.D.B. Et à sectionibus æqualium segmentorum agantur rectæ ad angulos rectos. (omnia n gravia intelluris superficiem ad angulos rectos feruntur) quæ in peripheriam producantur. CD.EF.GH.IK. hæ intercipient inæquales arcus, minor enim DF. ipso FH. & FH. minor H.K. id quod alibi est demõstratũ, & ex sinuũ doctrina confirmari potest. Id a. pugnat cũ evidentibus, nã intervallis terrestribus æqualibus, arcus cælestes respondent æquales: Et inæqualibus inæquales in eadem ratione. Ex

Ex eclipsibus autem idipsum confirmatur: quod intuenti eclipses lunares, quæ eveniunt quod luna in umbram terræ incurrat, animadvertere licet, communem sectionem umbræ & lunæ deficientis, sive lineam quæ obumbratam partem à lucente secernit, non esse rectam, sed curvam & arcum peripheriæ referre. Quod argumento est



umbræ figuram vel in conum, aut cylindrum desinere. Ejus autem generis umbræ projici in diversas partes minimè possunt, nisi à corpore rotundo & sphærico, ut patet ex optices doctrina.

Terram verò in medio universi consistere, æquino-

æquinoctia omnibus eodem tempore apparentia docent, Si enim terra extra medium universi constituatur, varij horizontes varie in diversis locis secabunt mundi axem, Eum autem parallelum tantum bifariam, cujus centrum est in communi sectione axis, & horizontis, in quo dum versabitur sol, erit illu æquinoctium, reliquis vero temporibus dies noctibus sunt inæquales futuri.

Idem comprobant umbræ, quæ in æquinoctijs, Sole oriente & occidente, à gnomonibus proijciuntur, & in rectam lineam (ut observatio docet) desinunt, alijs verò temporibus minimè: Necessarium itaq; est corpus umbrosum in recta linea cum punctis ortus & occasus solis in æquinoctio consistere: Corpus enim lucens, umbrosum. & umbra, in recta linea semper sunt: Sunt autem puncta ortus & occasus æquinoctialis è diametro opposita. Quoniam æquator cum sit circulus magnus secabit horizontem bifariam, & per centrum, quod est universi: terra itaq; in diametro æquatoris & sphæræ consistet: Cumq; dies sit æqualis nocti omnibus qui terram incolunt, cum sol est in æquatore necessario in universi medio terra consistet. Nam extra æquatorẽ posita, minimè coincident, ut in figura in qua horizon α δ γ. Axis κγ: æquator ι. δ. Sectiones æquatoris & horizontis ι δ, sit terra in λ, aut κ, perspicuum est sole oriente in ι. umbram pro-

projectum iri in ♈. aut ♉, occidente vero in ♑, vergere in ♌ aut ♋.



Eclipses autem lunares in oppositis locis non semper appariturας, terra extra medium posita, patet: quoniam sumpto puncto quod non sit centrum circuli, infinitæ rectæ per illud punctum duci poßunt, quæ diversos arcus circuli resecabunt. In quorum terminis constituto sole & luna, necessario interijcietur terra intermedia, & luna in ipsius umbram incurret, arcu semicirculo minore à sole distans, quod pugnat cum Φαινομένοις. Sit enim αιφ♑ zodiacus terra in κ, perspicuum est sole in ♑ aut ♉ constituto, luna vero in ♎ aut ♋, defectum inci-

incidere. Sunt autem arcus semicirculo minores.

Puncti autem rationem habere terram ad orbem stellarum in errantium, stellæ quæ omnibus ejusdem magnitudinis videntur docent. Si enim terra sensibilem haberet rationem ad universum, cum eadem stella inæqualibus intervallis distaret quibus remotior esset, ijs minor appareret. Si tenim circulus major sphæræ αβγδ stella δ, terra sit ελη. oculi intuentium λ&η. Erit recta λδ, longe minor recta ηδ. Quare stella in δ, longè major apparebit in λ quam in η. Eadem n. magnitudo è majore intervallo, minor apparet: Nunc autem cum stella ab omnibus conspiciatur ejusdem magnitudinis, indicio est, æqualiter ab omnibus distare, quod fieri nequit, nisi terra puncti rationem obtineat.



Idem confirmant observationes factæ armillis. aut gnomonibus. Nam si armillis, aut circulo observes, solis aut stellæ alicujus motum, deprehendes æqualibus temporibus, quibus æquales arcus peragrant motu primo, æquales arcus armillæ, aut circuli respondere, quod indicio est armillæ vel circuli centrum idem esse quod universi: Secus æquales arcus in armilla sumpti non cernerentur æqualibus temporibus pertransiri.

Idem & de umbris quæ à gnomonibus projiciuntur sentiendum. Sit enim circulus maximus κ ζ λ. centrum ω, armilla in superficie telluris α, sit β π ρ, linea ω α β κ per utriusq; centrum agatur, & sumantur in armilla æquales arcus. ε γ, γ δ, δ π & è centro α producantur rectæ in maximi



circu-

circuli peripheriam α ι, α ζ, α φ, α χ, erit minimè arcus α ι, reliqui vero eo majores quo longius ab hoc recedunt. Est enim recta α α omnium brevissima cæteræ vero eo majores, quo longius ab hac distant. Lineæ autem quæ æquales angulos comprehendunt quo longius producuntur, eo majus intervallum continent, & ob id arcus de peripheria circuli majores complectentur, quæ longius productæ in circuli peripheriam incidunt.

Porro terram Sphæricam esse, & homocentricam, mediumq; obtinere universi, unica demonstratione hunc in modum patebit. Sumantur in terra trium locorum signa α β γ: Loci vero α meridianus sit δ ι ζ. Ipsius β sit ι θ α, ipsius γ



sit

sit λ μ ρ, Sintq; communes sectiones horizontium & meridianorum ♑ ♌ : ν κ : λ ρ. ducantur ab α β γ centris horizontium perpendiculares, α ε, β θ, γ μ. Et quia è centro ducuntur horizontis, ipsa enim loca semper ejus medium obtinent, erunt ε θ μ poli horizontis, sive signa verticalia.

Qui autem à polis alicujus circuli, arcus qui ad illius circumferentiam ducuntur sunt æquales, erit ε ♑, æqualis ipsi ε ♌. quare & rectæ ijs arcubus subtensæ erunt æquales: At ε α utriq; communis, perpendicularis est ipsi ♑ ♌ per constructionem. Igitur ♑ α æqualis est ipsi α ♌, per 26. primi Element. vel 47. ejusdem libri: Quoniam ergo in circulo recta ε α rectam ♑ ♌, bifariam secat & ad angulos rectos, Erit in ε α producta centrum meridiani ♑ ε ♌: hoc est, ipsius sphæræ: Sunt enim meridiani circuli magni. Eadem ratione in β θ & γ μ etiam sphæræ centrum est futurum, producantur igitur, & concurrant in ξ, erit id sphæræ centrum: Quoniam autem cœli facies conspicua ubiq; æqualis apparet. Nam sex signa ubiq; oriuntur & occidunt: Erunt ♑ ε ♌. ν θ κ, λ μ ρ æquales arcus, cum horum medietates sint æquales, quæ à polis horizontis ad finitorem ducuntur: Rectæ autem quæ à medietate æqualium arcuum ejusdem circuli, vel circula-

culorum æqualium ducuntur orthogonæ ad chordas arcubus subtensas, sunt æquales: Igitur ι α, θ ϛ, ι μ γ æquales sunt: At ι ξ, θ ξ μ ξ. sunt & inter se æquales, à centro enim sphæræ ad ipsius superficiem ducuntur: Reliquæ igitur ξ α, ξ β, ξ γ sunt æquales. Similiter ostendetur omnes lineas è centro sphæræ ad terræ superficiem ductas esse æquales. Ex definitione igitur sphæræ terra erit sphærica. Et quoniam centrum ξ ipsorum meridianorum erat centrum, horum autem & universi idem: erit terræ & universi unum centrum. Cum autem universi centrum, ipsius sit medium, quod terra ambit undiquaq; ex æquo: Erit terra in medio universi. Dum hoc in loco terram sphæricam asserimus: intelligimus terram cum aqua in unum globosum coire corpus. Demonstrationes enim adductæ, utriusq; corporis coeuntis convexam superficiem sphæricam esse comprobant.

De aqua vero, quod in tumorem assurgat, navigantes declarant, quibus erecta in littore pro ratione recessus in altum, è conspectu tolluntur, aquæ tumore, magis magisq; inter visum & rem erectam sese interjiciente. Ipse quoq; naturalis aquæ defluxus, ima petentis si non prohibeatur, ejusq; quies covexam superficiem comprobat: In sola enim hac figura æqualiter

omnes

omnes ipsius partes cum à centro distent, merito quiescunt. In cæteris figuris inæquales distantias cum obtineat â centro universi, & quæ longius à centro removentur, illæ sublimiores sint, minimè ibi consistent, verum devolventur in loca magis declivia, donec tandem eam figuram composuerint, in qua una pars suprá aliam minimè emineat: Nam si terram à centro universi semotam intelligas, ipsa aqua illud centrum universi, occupabit, pariq; omnium partium in centrum nixu globum circa centrum efformabit. Idem quoq; terrenæ partes effecturæ essent, cum & hæ ad perpendiculum deorsum ferantur, & loca humiliora non impedita semper petant, nisi ipsa soliditas obstaret, quæ æqualē terrenarū partium à centro distantiam tollit. Librari tamen hanc molem æquis ponderibus circa universi centrum: Centrumq; gravitatis, cum centro in quod omnia gravia ad perpendiculum feruntur, idem esse necesse est.

Hæc tamen inæqualis solidorum corporum terrenorum distantia, exiguum habet momentum ad terreni globi sphæricam superficiem tollendam. Condita à Deo opt: max: in eum modum ut amplæ forent cavitates ad Oceanum excipiendum, qui maria passim profundens decliviores ejus descensus

scensus implet, ut minus aquarum quam terræ sit alioqui undiq; obruturæ terram aqua, cum in idem centrum gravitate sua feratur. Nec audiendi sunt Peripatetici qui elementorum rationem decuplam secundum magnitudinem constituunt. Cum Philosophus de transmutatione loquatur, & definitum aliquem numerum posuerit pro indefinito. Si enim vel septies aqua major esset terra, totam intra se complecteretur tellurem. Cum enim sphæræ sint in tripla ratione suorum dimetientium. Diameter sphæræ aqueæ, cujus pars octava est terra, duplo esset major diametro sphæræ terræ: Tantum igitur abest, ut aqua sit major terra, ut ipsa in eius sinus recipiatur, & decliviora loca telluris tantum occupet, quæ ipsius globoso corpori parum detrahant. Cum, ut supra dictum est, montium altitudo, & maris profunditas, exiguum ad totam telluris molem servent rationem.

Si quis autem maris profunditatem quærat ex data proportionata altitudine maris, pro ratione recessus à littore (in rerum enim determinatione ordinatum sequi oportet, quod naturæ operibus magis est consentaneum, cum & immensa maris profunditas pugnet cum terræ gravitate) hunc in modum investigabitur.



Sit AB *arcus circuli magni telluris partium* 30, *& distantia à littore* A C. *partium* 5. *Et per pendiculo deprehensa altitudo maris in* C, *sit* CR. *ex qua investigabimus* N X *summam profunditatem, Quoniam igitur* AB *arcus notus est ex navigatione partium* 30, *&* A C *partium* 5 *sit datus, erit arcus* C B *partium* 25, *& est quantitas anguli* C A B. *Angulus autem* A C O, *vel* A C S *est partium* 175, *reliquus igitur* C O A *est* 160 *cui aqualis est angulus* D O R. *Trianguli itaq;* A C O *notorum angulorum dantur latera, ex doctrina chordarum, & perpendicularis* CE *per*

13. *lib.*

13. lib. sec; Ele: & EO, per 47. pr: Ele. Cumq; trianguli ACE & CEO & ODR, sint æquianguli, dabitur laterum proportio. Et cum AC arcus nauigationis datus, sit partium quinq;, ipsius quoq; subtensa, in partibus semidiametri nostræ tabulæ innotescet. Et ob id in partibus semidiametri notis, quare & in partibus perpendiculi notis, nam & semidiametrum in easdem partes resolvere possumus. Itaq; AC & CO, in ijsdem perpendiculi partibus notæ erunt. Est autem tota CR ex dimensione profunditatis nota. Subducta itaq; CO ex CR, reliqua OR manifesta evadit, & reliqua latera trianguli OD & DR totaq; AD in ijsdem partibus innotescet. Ergo & in partibus semidiametri AO & OD & DR rectæ, notæ evadent, Vt autem AD ad DR sic A Q ad Q X. Igitur QX innotescet, nota est autem N Q. ergo tota N X patefiet, quæ est summa eo loci maris profunditas. quod erat demonstrandum. Quam demonstrationem si quis sequatur, deprehendet non magnam esse maris profunditatem.

DE TERRÆ AMBITV.

CUm itaq; demonstraverimus terram esse sphæricam, & centrum

universi tenere, facile erit ipsius ambitum invenire, Si quis enim sub meridiano recta progrediatur in septentrionem & observet arcum cœlestem; terrestri distantiæ duobus locis interceptæ, respondentem, ex altitudinis poli, aut stellæ inerrantis differentia: Quæ est ratio arcus cœlestis ad suum circulum majorem; Ea est distantiæ duarum stationum, ad telluris ambitum.

Quoniam ergo ex observationibus, miliaribus 15. Germanicis, aut stadijs, 500, pars una maximi circuli correspondet: qualium totus est 360, Ambitus terrestris erit milliarium Germanicorum 5400. Stadiorum autem 180000.

Cumq; omnis circuli peripheria, ad suam diametrum, habeat propemodum rationem triplam sesquiseptimam: Ut 22. ad 7. Quemadmodum Archimedes libro de circuli dimensione demonstravit: Sitque terræ ambitus inventus mil. Germanicorum 5400. Erit necessariò telluris dimetiens miliarium $1718\frac{2}{11}$ stadiorum autem $57272\frac{8}{11}$.

Superficies autem telluris, cum æqualis sit quadruplo maximi circuli terræ: aut cir-

circulo qui à telluris diametro describitur: Qui fit ex ductu diametri terræ, in ambitum maximi circuli terrestris: ut ab Archimede lib. de sphæra & Cylindro demonstratur; Erit tota superficies terreni corporis miliarium Germanicorum 92781 81. $\frac{2}{11}$.

Cum verò cylindrus ejusdem altitudinis cum sphæra, & habens pro basi maximum circulum sphæræ, habeat ad ipsam rationem sesquialteram; ut eodem lib. ab ab Archimede proditum est, & cubus qui à sphæræ diametro describitur ad ipsam sphæram rationem habeat quam 21. ad 11. deprehendetur tota telluris moles miliarum German. cubicorum 265693384 $\frac{2}{121}$.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Ambitus telluris hunc in modum deprehenditur: Sit meridianus, aut alius circulus sphæræ major α β? Terrestris verò illi subjectus γ δ κ. Vtriusq; centrum sit ε. Terra enim centrum universi demonstrata est occupare. Et sit terrestre intervallum γ δ: Arcus verò circuli cœlestis illi correspondens sit α β. Erit utriusq; α β & γ δ. ad suum ambitum ea ratio quæ anguli γ ε δ, ad quatuor rectos, per ultimam sexti. Quare



Quare ut αβ ad ambitum majoris circuli αβϛ sic γδ, ad ambitum telluris γδκ.

Est autem αϛ nota in ijs partibus, qualium tota peripheria est 360, & γδ distantia quoq; cognita, Terrenus itaq; ambitus γδκ minimè latebit. Ergo si αϛ sit partis unius, qualium peripheria αβϛ est 360, & γδ distantia telluris, arcui αβ respondens, deprehensa sit 15. milliarium germanicorum. Erit necessario peripheria majoris circuli terreni γδκ milliarium 5400. ut enim unus gradus ad 360. ita se habent 15. ad 5400.

Deprehensuri veteres arcus maximi circuli correspondentes distantijs locorum: eos circulos dele-

delegerunt, sub quibus iter facerent, in quibus certum aliquod signum notare possent fixum, nempe polum mundi, aut stellæ fixæ altitudinem in meridiano. Nam stellæ inerrantes, motu primo circumactæ, eidem meridiani punctum devolvuntur. Observarunt igitur polu, aut stellæ inerrantis altitudinem in diversis locis quæ eidem meridiano subjiciuntur, & arcum differentiæ altitudinis, judicarunt intervallo locorum correspondere. Arcui enim meridiani verticibus locorum intercepto, (qui intervallo terrestri est similis) is qui ex observatione habetur, est æqualis. Posidonius igitur, cujus meminit Cleomedes lib. primo de terræ magnitudine cum observasset Canopum, stellam primæ magnitudinis, Rhodi stringere horizontem, & confestim in mundi conversione occidere: Alexandriæ vero, quæ subjicitur eidem meridiano, parte quadragesima octava maximi circuli, supra horizontem attolli: id est partibus $7\frac{1}{2}$. Intervallum autem inter Rhodum & Alexandriam esse 5000. stadiorum, asseruit maximum terræ circulum esse ducentorum quadraginta millium stadiorum. Si Rhodo Alexandria distet quinis millibus stadiorum: Sin minus pro ratione intervalli. Quam rationem si sequaris, unæ parti maximi circuli debentur stadia $666\frac{2}{3}$.

Eratosthenes in terræ ambitu investigando aliam rationem est secutus, ut prodidit Cleomedes libro 1. circularis inspectionis, de terræ magnitudine, & meminit Plinius libro naturalis historiæ secundo. Cum enim assumpsisset Syenem & Alexandriam Ægypti, eidem Meridiano esse subjectas, aut parvo differre, id quod ex eclipsibus lunaribus potuit deprehendi: Adhæc intervallum harum urbium 5000. stadiorum esse, quod ex dimensione cognoscitur. Et dimissos radios ad differentes terræ partes parallelos esse, aut saltem videri: hunc in modum ambitum maximi circuli terrestris stadiorum esse 250000. demonstravit. Sit Syene F. Alexandria G, sub eodem meridiano Q N B T. *in punctis autem* G, F, *semicirculi constituantur, quorum gnomones* D G. & C F, *semidiametris æquales, ad perpendiculum insistant horizonti. Sitq; sol in tropico æstivo, in quo cum supra Syenes sit verticem,* C F. *nullam projiciet umbram. Radij autem solares ferientes* D G *ferantur in* E, *efficientes cum gnomone angulum* G D E. *qui æqualis angulo* D A F, *Quoniam* E D, *parallela judicatur ipsi* A B. & *anguli sunt alterni. Est autem angulus* F A G, *qui subtenditur arcui meridiani* N B. *qui verti-*

cibus



cibus datorum locorum intercipitur. Ergo cum juventus sit angulus EDG ex observatione, pars quinquagesima, quatuor rectorum, erit angulus DAB, pars quoq; quinquagesima, quatuor rectorum: Vt autem angulus DAB, ad quatuor rectos: sic se habet arcus NB, ad ambitum magni circuli, QBT. & arcus GF, ad ambitum circuli magni terrestris GFR per ultimam sexti. Ergo ut NB unum, ad totum ambitum Q. BT quinquaginta partium: Sic GF intervallum

datorum locorum, quod erat 5000. stadiorum, ad ambitum maximi circuli terrestris: qui deprehenditur 250000. stadiorum.

Ponantur etiam inquit Cleomedes, in hybernis solstitijs horologia utroq; in loco, & utraq; jactante umbras, necessario, maior invenitur in Alexandria, quod longius absit à solstitio hyberno: Excessus autem umbræ, inventur quoq; pars quinquagesima maximi in horologio circuli, & proinde ex hoc etiam agnoscitur, ducentorum quinquaginta millium stadiorum maximus Terræ circulus.

Radios autem solis prope terram, esse aut saltem videri parallelos, hunc in modum confirmabitur.

Sint duo radij solares α β & α γ, in terram delati, & sumantur partes æquales β δ, & γ ε, quæ insensibilis sint quantitatis, respectu radiorum α β, & α γ: Et connectantur β γ, & δ ε. Erit ut α β ad α δ: Sic β γ ad δ ε, Quare ut α β ad β δ, sic β γ ad excessum quo superat δ ε. Est autem δ β insensibilis quantitatis respectu α β, ergo excessus β γ super δ ε, insensibilis est quantitatis respectu β γ; Quare β γ ipsi



β γ ipsi δ κ. videbitur æqualis, cum insensibiliter differat: Cum itaq; ς γ ipsi δ κ videatur æqualis, & parallela: Videbitur quoque βδ parallela, ipsi γ κ, quod erat demonstrandũ Et hæc ab Eratosthene inita ratio. Porro cum radios, qui à gnomonibus umbram projiciunt, necesse sit concurrere cum axe, qui per centrum solis & terræ traducitur, infra terræ centrum: necessario angulus intervallo sumptorum locorum subtensus, maior erit eo, qui ex radio & gnomone constituitur, angulo, qui fit ex concursu radij cum axe. Qui cum subtendat semidiametrum solis scrupulorum primorum 15. erit angulus intervallo locorum subtensus, quem ex scioterico Erat osthenes prodidit. 7. grad. 12. scrup. major minutis quindecim. Ergo angulus sive arcus meridiani, inter vertices datorum locorum comprehensus, est partium 7 min. 27. qui eam ferè servat rationem ad circuli ambitum, quam prodidit Posidonius habere arcum meridiani, qui verticibus Rhodiorum & Alexandrinorum interjacet. Cum autem di

stan

ſtantiæ ſint æquales, ab utroq; enim 5000. ſtadiorum ponuntur, patet ambitum maximi circuli terreſtris, pari ferè ſtadiorum numero utriusq; obſervatione definitum iri. Poſidonio quidem eſt 240000. Ex Eratoſthenis vero obſervatione colligitur 250000. ſtadiorum.

Ptolomæus autem ambitum maximi circuli terreſtris, quem poſteriores ſunt ſecuti, cum Marino 180000 poſuit ſtadiorum: quare uni gradui ſtadia competunt 500. mcliaria autem Italica 62½.

Ambitum autem majoris circuli terreſtris ex Eratoſthenis obſervatione minorem eſſe ſtadijs 250000, & angulum, quem rectæ è centro terræ per Alexandriam & Syenem traductæ comprehendunt majorem eſſe quam Eratoſthenes eſt arbitratus, hunc in modum demonſtrabimus. Sit centrum ſolaris corporis α. Sol vertici Syenes incumbat, meridianus qui per Syenem & Alexandriam deſcribitur ſit κ ſ φ, ſecabit is tam ſolem quam terram b ſariam, & communes ſectiones tam ſolaris corporis quam terreni, erunt circuli, per ſextam lib. pri. Theodoſij. Sit ſectionis ſolaris circulus κ λ μ, terræ vero ſectionis circulus major ſit β δ ν Syene β. Alexandria δ. ducantur ex centro terræ γ. per data loca βδ rectæ γβ αν. & γδ. χ ſ

γδ. χξ in vertices locorum α ξ. Angulus in centro telluris βγδ comprehendet arcus similes βδ & αξ per ultimam sexti, Sit gnomon Alexandrinus δχ radius solaris umbram proïjciens (cum sol meridianum tenet) sit λχα: erit angulus αχδ ex Eratosthenis sententia, angulo δγβ æqualis, eò quod radij ponantur æquidistantes. Cum autem semidiameter solaris corporis longè major sit semidiametro terræ, recta quæ utrumq; centra connectit, cum recta quæ solare corpus contingit, & umbram gnomonis proïjcit, concurret, idq; infra centrum telluris: concurrere enim est necesse, cum angulus ad λ rectus sit, & qui ad α recto minor. Concurrant itaq; in ω. Erit angulus δγ ω qui intervallu locorum subtenditur maior angulo γχα, quem sciotericum demonstrat, angulo qui ad ω, Angulus autem ad ω subtendit propè solis semidiametrum visibilem, Ergo angulus intervallis locorum subtensus, maior est angulo qui ex umbra colligitur, angulo quem semidiameter solaris corporis subtendit. Est autem hic 15. sc pr: itaq; δ.γ.β. angulus 15. scr. pr. major est angulo δχα. Cum autem angulus δχα inventus sit ab Eratosthene 7. par. 12. sc. pr. erit angulus δγβ intervallis locorum subtensus angulo δχα 15, scr pr. major part. scil. 7. sc. pr. 27. Quæ autẽ est ratio huius

anguli

anguli ad quatuor rectos sive partes 360, ea est intervalli, quod Syeni & Alexandriæ interjacet, stadiorum 5000, ad totum telluris ambitum. Totus itaq; ambitus colligetur stadiorum 241610, minor ambitu quem posuit Erat osthenes stadijs 8390. Cum autem ex Eratosthenis observatione telluris ambitus sit tantum 250000 stadiorum, tamen Vitr. lib. primo cap. 6. suæ Architecturæ: & Plinius lib. 2. cap. 108 naturalis historiæ. Et Macrobius, nec non Martianus Capella asserunt, citantes Eratosthenem, orbis ambitum complecti stadia 252000, cui numero Hipp. Plinio teste, adjecit miliaria 3125. ut totus ambitus sit Hipparcho miliariũ 34625, sive stadiorum 277000. Itaq; secundum Erat osthenem uni gradui respondebunt stadia 700, sive miliaria 86 $\frac{1}{2}$, Secundum vero Hipparchum stadia 769 $\frac{4}{9}$. quæ sunt miliaria 96 $\frac{11}{32}$.

Quomodo cujusq; circuli superficies sit investiganda nota diametro, aut peripheria, aut utroq; ex libello Archimedis de circuli dimensione patet. Cylindri autem, cujus basis est maximus sphæræ circulus, & altitudo sphæræ diameter: quantitas habetur, multiplicato dimetiente sphæræ in circuli maximi superficiem. Quod autem Cylindrus ad sphæram habeat rationem sesquialteram, demonstratum



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0107
DFG

ſtratum eſt ab Archimede in libro de ſphæra & Cylindro. Cubum vero, qui à ſphæræ diametro deſcribitur, ad eandem ſphæram rationem habere quam 21. ad 11. ſic patebit. Cubus enim & Cylindrus ejuſdem altitudinis ſunt in ratione ſuarum baſium, ut à Theone in μεγάλη συντάξει demonſtratur. Cubi autem baſis eſt quadratum à ſphæræ diametro deſcriptum. Et Cylindri baſis circulus maximus ſphæræ: itaq; Cubus ad Cylindrum ſe habebit, ut quadratum quod à ſphæræ diametro deſcribitur, ad circulum maximũ ejuſdem ſphæræ Eſt autem ea ratio quæ 14. ad 11. ut Archimedes lib. de circuli dimenſione demonſtravit. Cubus itaq; ad Cylindrum ſe habet ut 14 ad 11. Cylindrus autem ad ſphæram ſe habet in ratione ſeſquialtera ut 3. ad 2. Itaq; ut 11. ad 7. $\frac{1}{3}$. Cum ergo Cubus ſe habeat ad Cylindrum ut 14. ad 11, & Cylindrus ad ſphæram ut 11. ad 7 $\frac{1}{3}$ ex ratione æqua, cubus ad ſphæram rationem habebit quam 14. ad 7 $\frac{1}{3}$ & ob id quam 42 ad 22 ſive 21, ad 11, quod erat demonſtrandum.

LIBER

LIBER SECVNDVS

DE MAXIMA SOLIS DECLINATIONE ET POLI ELEVATIONE.

SOlis declinatio & cujusvis syderis, est arcus meridiani, inter æquatorem & solem, sydusve, interceptus. Cum autem planum ecliptícæ, sub quo sol movetur, ab æquatore declinet, non erit omniũ partium eadem declinatio, verum maximè declinabit punctũillud, quod quadrante circuli ab intersectionibus æquatoris & Ecliptícæ distabit, in quo cum fuerit sol constitutus, maximam declinationẽ ab æquatore habebit, quã hunc inmodum deprehendes.

Quadrante justæ magnitudinis observa in utroq; solstitio exactissimè solis altitudinem meridianam: Et subducito altitudinem meridianam hyberni solstitij, ab altitudine solstitij æstivi: Arcus differentiæ, aperiet totam zodiaci obliquitatem, quæ hoc tempore deprehenditur 47. partium. Hujus semissis, ostendit maximam ecliptícæ ab æquatore declinationem, partium 23. minut. 30.

Porro cum æquator medium obtineat totius obliquitatis, si quis â meridiana altitudine æstivi solstitij, auferat maximam declinationem, aut eandem addat altitudini meridianæ solis in solstitio hyberno, prodibit æquatoris supra horizontem elevatio; Qua subducta à circuli quadrante partium 90, relinquetur distantia verticis ab æquatore, quæ æqualis est elevationi poli.

Cognita solis maxima declinatione, cæterorum punctorum ecliptice declinationes ex tabula disces. Ex hac quoque distantiam solis à tuo vertice tempore meridiei cognosces! Si enim subducas declinationem solis à loci tui latitudine, aut hanc à solis declinatione demas, ubi loci latitudo minor est, & utraq; fuerit ejusdem hemisphærij nascetur solis à vertice distantia: si æquales fuerint, erit sol verticalis. Quod si diversi fuerint hæmisphærij, addenda est solis declinatio loci latitudini, ut habeatur solis à vertice distantia.

TABVLA DECLInationis solis maximam subijciens declinationem Gr. 23. scrup. 30.

ARIES	TAVRVS	GEMINI					
	LIBRA.		SCORPIVS		SAGITTAR:		
gr.	G.	m.	G.	m.	G.	M..	
0			11	30	20	12	30
1		24	11	51	20	25	62
2		48	12	2	20	37	28
3	1	12	12	33	20	49	27
4	1	36	12	53	21	0	29
5	2	0	13	13	21.	11	25
6	2	23	13	33	21.	22	24
7	2	47	13	53	21	32	23
8	3	11	14	13	21.	42	22
9	3	35	14	32	21	51	21
10	3	58	14	51	22	0	20
11	4	22	15	10	22	9	19
12	4	45	15	28	22	17	18
13	5	9	15	47	22	25	17
14	5	32	16	5	22	32	16
15	5	55	16	23	22	39	15
16	6	19	16	40	22	46	14
17	6	42	16	57	22	52	13
18	7	5	17	14	22	57	12
19	7	28	17	31	23	3	11
20	7	50	17	47	23	7	10
21	8	13	18	3	23	12	9
22	8	35	18	19	23	15	8
23	8	58	18	34	23	19	7
24	9	20	18	49	23	22	6
25	9	42	19	4	23	24	5
26	10	4	19	18	23	26	4
27	10	26	19	32	23	28	3
28	10	47	19	46	23	29	2
29	11	9	19	59	23	30.	1
30	11	30	20	12	23	30	0
	VIRGO		LEO		CANCER		
	PISCES.		AQVARIVS		CAPRICOr.		

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0111
DFG

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Sit quadrans α β γ ad perpendiculum insistens lineæ meridianæ δ κ, & solis altitudo meridiana γ λ, in solstitio æstivo observata Rostochij, deprehendatur graduum 59. 30. In hyberno autem 12. 30. subducta minore altitudine à majore, relinquetur tota obliquitas zodiaci λ ω, 47 partium, quam cum mediam secet æquator, erit maxima solis declinatio λ ι, vel ι ω partium 23.



scru-

scru. primorum 30. Hanc si addas altitudini solstitij hyberni γ ω partium 12. 30, nascetur γ ε, elevatio æquatoris supra horizontem, partium 36 Cum autem vertex β sit polus horizontis, & à vertice ad horizontem sit circuli quadrans, ab hoc subducta æquatoris elevatione, relinquitur distantia β θ verticis ab æquatore, quam supra ostendimus esse æqualem poli elevationi. Cum itaq; æquator Rostochij, ut docet observatio, attollatur partibus 36, distabit vertex ab æquinoctiali, partibus 54, totidem polus attolletur.

Zodiaco quamvis latitudo tribuatur, cum tamen circulus magnus dicitur, propriè de linea quæ medium tenet totius latitudinis intelligi debet, quam κύκλον Διαμεσων τῶν ζῳδίων Ptolomæus vocat: & Cleomedes κύκλον ἡλιακὸν, Macrobius lineam eclipticam, & ita semper Euclidem in Φαινομένοις esse usum constat. Hic itaq; circulus magnus, quem Eclipticam dicimus, declinat ab æquatore partibus 23, scr. pr. 30. Non est autem invariabilis maxima declinatio, si observationibus fides est habenda. Ptolomæus enim hanc statuit grad. 23 m. 51 $\frac{1}{2}$. Albatechnius grad. 23. min, 35, Alcmæon gr. 23 min. 33 $\frac{1}{3}$. Georgius Peurbachius: & Nicolaus Copernicus grad. 23

min. 28. Cum tamen Regiomontanus eam posuerit 23 grad. 30 min. qui in eadem tempora incidit. Ex declinatione maxima reliquorum deinde punctorum declinationes inveniuntur, ut à Ptol. & Regiomontano est demonstratum.

Cognita solis maxima declinatione cæterorum punctorum ecliptica, & solis cum illa puncta occupat declinationem ex tabula disces. In fronte n. tabulæ, aut calce sumpto signo, & in serie lateris sinistri aut dextri gradu, communis concursus ostendet gradus sumpti, & solis in eo consistentis declinationem. Quod si ex observatione solis declinatio fuerit cognita, ex hac quoq; tabula locus solis patefit. Habetur autem ex meridiana solis altitudine ipsius declinatio; sublata æquatoris elevatione à solis altitudine, si ea major est, aut hæc ab illa, si minor sit; Arcus enim relictus ostendit solis declinationem: boream, ubi solis altitudo, excessit æquatoris elevationem; australem vero cum ea minor fuerit. Hanc ubi in area tabulæ offenderis, numerus graduum lateris sinistri, in fronte vel calce signum, locum solis ostendit. Tempus porro observationis aperit quod signum tibi sit sumendum.

DE LATITUDINE ORTIVA.

SOlem non eodem in loco semper oriri, omnes cernimus; cum enim pro vario situ in zodiaco varias obtineat declinationes, diversos quoq; motu primo describet parallelos, qui diversis in locis horizontem secant: Communes a. sectiones parallelorum & horizontis, sunt loca ortuũ & occasuum stellarum, aut punctorũ ecliptica, à quibus tales paralleli describuntur:

Quamvis verò varij sint loci horizontis, in quibus sol oritur: Sunt tamen tres ortus & occasus maximè celebres, Æquinoctialis, Æstivus, & Hybernus.

Æquinoctialis ortus est in interfectione æquatoris & horizontis, (quam indicat linea, meridianæ lineæ, in plano horizontis ad angulos rectos acta) in qua oritur sol, cum est in æquatore.

Æstivus verò ortus, occasusq; designatur trópici æstivi interfectione cum horizonte, in qua sol oritur, cum solstitium facit æstivum.

Hybernum autem ortum occasumque,

Brumalis tropici cum horizonte intersectio demonstrat, in qua Sol oritur in bruma.

Oritur itaq; sol, & aliud quodvis punctum, occiditque, in punctis sectionis horizontis & paralleli, qui à motu primo describitur: & arcus horizontis inter ortum æquinoctialem, & punctum oriens comprehensus, vocatur latitudo ortiva.

Cum autem puncta ecliptiçæ æqualiter ab alterutro solititio distantia, æquales habeant declinationes, & ob id eundem parallelum motu primo describant, patet solem, cum in ijs ecliptiçæ locis constiterit, in ijsdem horizontis locis oriturum, & habiturum eandem latitudinem ortivam.

Cumq; paralleli æqualiter ab æquatore distantes, æquales intercipiant horizontis arcus: patet solem æquales latitudines ortivas habiturum, in punctis ecliptiçæ diversi hemicyclij, quæ eandem declinationem habent: verum una est australis; altera borealis. In sphæra autem recta, latitudines ortivæ punctorum ecliptiçæ, stellarumque, eorundem declinationibus sunt æquales. In obliqua verò majores, & quanto obliquitas

quitas sphæræ major, tanto latitudines ortivæ magis crescere cernuntur. Paralleli enim circuli, quo obliquius ab aliquo circulo secantur, eo partes circuli, quæ à parallelis intercipiuntur, majores esse necesse est. Porro cujusvis puncti ecliptícæ latitudinem ortivam dabit tabula.

TABVLA LATITVdinis ortivæ, ad poli elevationem 54. Graduum.

	ARIES		TAVRVS.		GEMINI	
	LIERA		SCORPIVS		SAGITTar.	
gr.	G.	m.	G.	m.	G.	m.
	00	0	19	50	35	59	30
1	0	41	20	27	36	24	29
2	1	22	21	4	36	48	28
3	2	2	21	42	37	12	27
4	2	43	22	18	37	34	26
5	3	24	22	53	37	56	25
6	4	3	23	29	38	18	24
7	4	44	24	6	38	39	23
8	5	25	24	41	38	59	22
9	6	6	25	16	39	17	21
10	6	45	25	51	39	36	20
11	7	27	26	26	39	54	19
12	8	6	26	50	40	11	18
13	8	47	27	34	40	27	17
14	9	27	28	7	40	42	16
5	10	12	28	41	40	56	15
16	10	47	29	12	41	10	14
17	11	27	29	44	41	23	13
18	12	7	30	16	41	33	12
19	12	46	30	48	41	46	11
20	3	24	31	18	41	54	10
21	14	4	31	49	42	5	9
22	14	43	32	19	42	11	8
23	15	23	32	48	42	20	7
24	16	1	33	17	42	26	6
25	16	39	33	46	42	30	5
26	17	18	34	13	42	35	4
27	17	57	34	40	42	39	3
28	18	34	35	7	42	41	2
29	19	12	35	33	42	42	1
30	19	50	35	59	42	43	0
	VIRGO		LEO		CANCER	
	PISCES		AQVARIus		CAPRICOr.	

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0118
DFG

DE ASCENSIONIBUS ET Descensionibus Eclipticæ, in Sphæra recta & obliqua.

ZOdiacus, cum circa proprios polos motu primo nequaquam volvatur, æqualiter non movebitur: Æquator verò motu æquabili sempercircumferetur, quod poli mundi, circa quos fit æquabilis conversio universi, ipsius sint poli. Cum igitur partium zodiaci motus sit inæqualis & dissimilis, non poterit ex ipso mensura motus primi desumi, cum illa debeat esse certa & definita: Verum ad æquatorem, æquabili semper motu delatum, referri debebit, eius arcus cum arcubus zodiaci orientes occidentesve, quanto temporis spacio partes zodiaci oriantur, vel occidant, definient.

Erit itaq; alicujus arcus zodiaci ascensio vel descensio, tam in sphæra recta, quam obliqua, arcus æquatoris cum zodiaci arcu cooriens, aut unà occidens.

Puncti autem alicuius eclipticæ, vel stellæ ascensio descensiovè, est arcus æquatoris, qui oriente vel occidente eclipticæ puncto

puncto, aut ſtella emergente, vel occumbente, ab interſectione Verna uſq; ad horizontem numeratur. Arcus autem punctave eclipticæ, alia rectè aſcendunt deſcenduntvè, alia obliquè. Rectè aſcendunt deſcenduntvè, cum quibus major arcus æquatoris attollitur, deprimiturvè, quam ſit arcus zodiaci. Obliquè cum quibus minor.

In recta ſphæra, quæ polos habet in horizonte, quævis zodiaci hemicyclia, cum æquatoris hemicyclio periuntur. Cumq; coluri dividant zodiacum & æquatorem in quatuor quadrantes, & coincidant cum horizonte recto: patet quadrantes, à punctis ſolſtitialibus & æquinoctialibus interceptos, ſimul perorituros: Ipſorum tamen zodiaci quadrantum partes, inæquales habent aſcenſiones: Nam quæ interſectionibus zodiaci & æquatoris adjacent, obliquius aſcendunt, quæ verò ipſis ſolſtitialibus punctis, rectiùs. Et arcus à punctis ſolſtitialibus vel æquinoctialibus æqualiter diſtantes, æquales habent aſcenſiones: ut ex tabula rectarum aſcenſionum perſpicuum fit.

Quæcunque autem de aſcenſionibus in ſphæ-

sphæra recta traduntur, eadem transferri possunt ad meridianos. Omnis enim meridianus horizon rectus est, Nam per polos æquinoctialis describitur. nec ullus est meridianus, quin aliquorum sub æquinoctiali habitantium rectus etiam horizon existat. Quare æquinoctialis circulus pariter & rectum horizontem, & meridianum secat ad angulos rectos sphærales: per 19 Theodosij: & ob id quævis cæli puncta cum eodem æquatoris arcu transeunt meridianum circulum, quo ascendunt in horizonte recto.

In obliqua sphæra, duæ tantum medietates ecliptice, intersectionibus zodiaci & æquatoris definitæ, cum hemicyclijs æquatoris peroriuntur: arcus tamen zodiaci septentrionales, inchoati ab Ariete, obliquè ascendere deprehenduntur. Quoniam in obliqua sphæra, angulus intersectionis æquatoris cum horizonte, (cui objcitur arcus zodiaci simul ascendens) obtusus est, & majori angulo majus subtenditur latus, in triangulis quoque sphæricis.

Meridionalis vero hemicyclij arcus, (facto initio ab autumnali puncto) recte

ctè oriuntur, quoniam in triangulo, qui ex arcubus zodiaci & æquatoris, nec non horizontis constituitur, arcus æquatoris majori angulo opponitur.

Quæ de ascensionibus descensionibusque in obliqua sphæra hoc loco referuntur, ad eam sphæræ obliquitatem pertinent, in qua polus boreus attollitur, contra evenit, ubi polus australis supra horizontem elevatur.

Cum autem utrumque hemicyclium zodiaci, septentrionale, & meridionale peroriatur cum hemicyclijs æquatoris, necessarium est arcus posterioris quadrantis hemicyclij septentrionalis, supplere in ascensionibus, quod in prioribus desiderabatur.

Meridionalis vero hemicyclij arcus posteriores, ab initio fere Capricorni ad finem usq; piscium, tanto obliquius ascendere, quanto rectius priores oriebantur. Illi autem arcus, qui æqualiter distant ab alterutra sectionum æquinoctialis & zodiaci, æquales habent ascensiones.

Cum autem zodiacus & æquator sint circuli maiores, qui bifariam semper secantur

tur ab horizonte, sequitur descensiones arcuum eclipticæ fore æquales ascensionibus arcuum oppositorum: Tantundem enim occidere utriusq; circuli necesse est quantum oritur, si horizon utrumq; circulum sit bifariam secturus,

Si quis autem conferat ascensiones sphæræ rectæ, cum ascensionibus obliquæ sphæræ, is deprehender, arcus hemicyclij septentrionales, ab intersectione verna inchoatos, obliquius ascendere in sphæra obliqua quam recta. Alterius verò hemicyclij, initium facientes ab autumnali puncto, tanto rectius: Harum ascensionum discrimina, ascensionales differentiæ nominantur, quas demonstrat circulus magnus, per polos æquatoris, & punctum eclipticæ (quod in horizonte ponitur) descriptus. Arcus enim æquatoris, inter hunc circulum magnum & horizontem obliquum interceptus, est differentia ascensionis rectæ, & obliquæ. Quotiescunque igitur alicuius puncti eclipticæ, vel loci solis ascensio recta & obliqua petitur, in fronte tabulæ signum, in latero sinistro gradum sumes, & communis concursus ostendet ascensionem

rectam

rectam aut obliquam, quam inquirebas. Si autem determinati arcus ascensio recta vel obliqua investiganda est, sumenda est ascensio tã puncti inchoantis arcum propositum, quam eundem finientis. Subductaq; ascensione initij arcus dati, ab ascensione finis eiusdem arcus, relictus arcus ostendit ascensionem quæsitam. Porro data ascensione recta vel obliqua, arcus zodiaci una cooriens invenitur, si arcum ascensionis rectæ in area tabulæ quæramus, & signum in fronte tabulæ eiusdem ordinis, & gradum in latere sinistro respondentem, hic enim arcum zodiaci ostendet, qui debetur ascensioni. Descensio autem dati puncti ecliptice habebitur, si puncti oppositi recta sumatur ascensio. ab eaque semicirculus auferatur (assumpto integro circulo si res postulat,) relictus arcus descensionem dati puncti ecliptice aperiet. Ex ipsa porro descensione obliqua, in data regionis latitudine, punctũ ecliptice una descendens venaberis, si addas descensioni obliquæ semicirculum, abjecto integro circulo si eum superet & cum eo arcu investiges ex tabula obliquarum ascensionum punctum ecliptice

pticæ cooriens, quod huic opponitur, ei debetur obliqua descensio data Ex hisce facile est diei naturalis, quem alij artificialem vocavere, quantitatem; & ortus occasusque solis tempus invenire. Cum enim hemicyclium zodiaci quovis die, perorietur si arcum æquatoris coascendentem ex tabula obliquarum ascensionum dati loci veneris, subducta ascensione obliqua loci solis, ab ascensione obliqua puncti ecliptice ex diametro oppositi, arcus inventus in horas conversus quantitatem diei aperiet, huius semisis arcum semidiurnum, & horam occasus ostendet. Hæ horæ sublatæ ab horis 12. arcum seminocturnum, & horam qua sol post mediam noctem oritur aperient.

Tabulæ Ascensionum rectarum & obliquarum ad eleuationes poli 54. 52. 51. 50. 48.

1. Tabula ascensionum rectarum.

	♈		♉		♊		♋		♌		♍	
G	g	m	g	m	g	m	g	m	g	m	g	m
0	0	0	27	54	57	48	90	0	122	12	152	6
1	0	55	28	51	58	51	91	6	123	14	135	3
2	1	50	29	49	59	54	92	12	124	16	154	0
3	2	45	30	46	60	57	93	17	125	18	154	57
4	3	40	31	44	62	0	94	22	126	20	155	54
5	4	35	32	42	63	3	95	27	127	22	156	51
6	5	30	33	40	64	6	96	33	128	24	157	48
7	6	25	34	39	65	9	97	38	129	25	158	45
8	7	20	35	37	65	13	98	43	130	26	159	41
9	8	15	36	36	67	17	99	48	131	27	160	37
10	9	11	37	35	68	21	100	53	132	27	161	33
11	10	6	38	34	69	25	101	58	133	28	162	29
12	11	1	39	33	70	29	103	3	134	29	163	25
13	11	57	40	32	71	33	104	8	135	29	164	21
14	12	52	41	31	72	38	105	13	136	29	165	17
15	13	48	42	31	73	43	106	17	137	29	166	12
16	14	43	43	31	74	47	107	22	138	29	167	8
17	15	39	44	31	75	52	108	27	139	28	168	3
18	16	35	45	31	76	57	109	31	140	27	168	59
19	17	31	46	32	78	2	110	35	141	26	169	54
20	18	27	47	33	79	7	111	39	142	25	170	50
21	19	23	48	33	80	12	112	43	143	24	171	45
22	20	19	49	34	81	17	113	47	144	23	172	40
23	21	15	50	35	82	22	114	51	145	21	173	35
24	22	12	51	36	83	27	115	54	146	20	174	30
25	23	9	52	38	84	33	116	57	147	18	175	25
26	24	6	53	40	85	38	118	0	148	16	176	20
27	25	3	54	42	86	43	119	3	149	14	177	15
28	26	0	55	44	87	48	120	6	150	11	178	10
29	26	57	56	46	88	54	121	9	151	9	179	5
30	27	54	57	48	90	0	122	12	152	6	180	0

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0126
DFG

Residuum Tabulæ ascensionum rectarum.

	♎		♏		♐		♑		♒		♓	
G	g	m	g	m	g	m	g	m	g	m	g	m
0	180	0	207	54	237	48	270	0	302	12	332	6
1	180	55	208	51	238	51	271	6	303	14	333	3
2	181	50	209	49	239	54	272	12	304	16	334	0
3	182	42	210	46	240	57	273	17	305	18	334	57
4	183	40	211	44	242	0	274	22	306	20	335	54
5	184	35	212	42	243	3	275	27	307	22	336	51
6	185	30	213	40	244	6	276	33	308	24	337	48
7	186	25	214	39	245	9	277	38	309	25	338	45
8	187	20	215	37	246	13	278	43	310	26	339	42
9	188	15	217	3	247	17	279	48	311	27	340	37
10	189	11	217	35	248	21	280	53	312	27	341	33
11	190	6	218	34	249	25	281	58	313	28	342	29
12	191	1	219	33	250	29	283	3	314	29	343	25
13	191	57	220	31	251	33	284	8	315	29	344	21
14	192	52	221	31	252	38	285	13	316	29	345	17
15	193	48	222	31	253	43	286	17	317	29	346	12
16	194	43	223	31	254	47	287	22	318	29	347	8
17	195	39	224	3	255	52	288	27	319	28	348	3
18	196	35	225	31	256	57	289	31	320	27	348	59
19	197	31	226	32	258	2	290	35	321	26	349	54
20	198	27	227	33	259	7	291	39	322	25	350	50
21	199	23	228	33	260	12	292	43	323	24	351	45
22	200	19	229	34	261	17	293	45	324	23	352	40
23	201	15	230	25	262	22	294	51	325	21	353	35
24	202	12	231	30	263	27	295	54	326	20	354	30
25	203	9	232	38	264	33	296	57	327	18	355	25
26	204	6	233	40	265	38	298	0	328	16	356	20
27	205	3	234	42	266	43	299	3	329	14	357	15
28	206	0	235	44	267	48	300	6	330	11	358	10
29	206	57	236	46	268	54	301	9	331	9	359	5
30	207	54	237	48	270	0	302	12	332	6	360	0

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0127
DFG

G	♈ g	♈ m	♉ g	♉ m	♊ g	♊ m	♋ g	♋ m	♌ g	♌ m	♍ g	♍ m
0	0	0	11	38	27	22	53	14	91	46	135	50
1	0	22	12	4	28	2	54	21	93	12	137	19
2	0	44	12	30	28	43	55	28	94	38	138	48
3	1	6	12	56	29	24	56	36	96	4	140	17
4	1	28	13	23	30	6	57	44	97	31	141	46
5	1	50	13	50	30	49	58	53	98	58	143	14
6	2	12	14	18	31	32	60	3	100	25	144	43
7	2	34	14	46	32	16	61	14	101	52	146	12
8	2	57	15	14	33	1	62	26	103	19	147	41
9	3	19	15	42	33	47	63	39	104	47	149	10
10	3	42	16	11	34	33	64	53	106	15	150	38
11	4	4	16	40	35	20	66	8	107	43	152	7
12	4	27	17	9	36	8	67	23	109	11	153	35
13	4	49	17	38	36	57	68	39	110	40	155	3
14	5	12	18	8	37	48	69	56	112	8	156	31
15	5	35	18	39	38	39	71	13	113	37	157	59
16	5	58	19	11	39	31	72	31	115	5	159	28
17	6	21	19	43	40	24	73	50	116	34	160	56
18	6	44	20	15	41	18	75	10	118	3	162	24
19	7	8	20	48	42	12	76	30	119	32	163	52
20	7	32	21	21	43	7	77	51	121	1	165	20
21	7	56	21	54	44	3	79	13	122	30	166	48
22	8	20	22	28	45	0	80	35	123	59	168	16
23	8	44	23	3	45	58	81	57	125	28	169	44
24	9	8	23	38	46	58	83	20	126	57	171	12
25	9	32	24	14	47	59	84	43	128	26	172	40
26	9	57	24	50	49	0	86	6	129	55	174	8
27	10	22	25	27	50	2	87	30	131	24	175	36
28	10	47	26	5	51	5	88	55	132	53	177	4
29	11	12	26	43	52	9	90	20	134	22	178	32
30	11	38	27	22	53	14	91	46	135	50	180	0

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0128
DFG

	♎		♏		♐		♑		♒		♓	
G	g	m	g	m	g	m	g	m	g	m	g	m
0	180	0	224	10	268	14	306	46	332	38	348	22
1	181	28	225	38	269	40	307	51	333	17	348	48
2	182	56	227	7	271	5	308	55	333	55	349	13
3	184	24	228	36	272	30	309	58	334	33	349	38
4	185	52	230	5	273	54	311	0	335	10	350	3
5	187	20	231	34	275	17	312	1	335	46	350	28
6	188	48	233	3	276	40	313	2	336	22	350	52
7	190	16	234	32	278	3	314	2	336	57	351	16
8	191	44	236	1	279	25	315	0	337	32	351	40
9	193	12	237	30	280	47	315	57	338	6	352	4
10	194	40	238	59	282	9	316	53	338	39	352	28
11	196	8	240	28	283	30	317	48	339	12	352	52
12	197	36	241	57	284	50	318	42	339	45	353	16
13	199	4	243	26	286	10	319	36	340	17	353	39
14	200	32	244	55	287	29	320	29	340	49	354	2
15	202	1	246	23	288	47	321	21	341	21	354	5
16	203	29	247	52	290	4	322	12	341	52	354	48
17	204	57	249	20	291	21	323	3	342	22	355	11
18	206	25	250	49	292	37	323	52	342	51	355	33
19	207	53	252	17	293	52	324	40	343	20	355	56
20	209	22	253	45	295	7	325	27	343	49	356	18
21	210	50	255	13	296	21	326	13	344	18	356	41
22	212	19	256	41	297	34	326	59	344	46	357	3
23	213	48	258	8	298	46	327	44	345	14	357	26
24	215	17	259	35	299	57	328	28	345	42	357	48
25	216	46	261	2	301	7	329	11	346	10	358	10
26	218	14	262	29	302	16	329	54	346	37	358	32
27	219	43	262	56	303	24	330	36	347	4	358	54
28	221	12	265	22	304	32	331	17	347	30	359	16
29	222	41	266	48	305	39	331	58	347	56	359	38
30	224	10	268	14	306	46	332	38	348	22	360	0

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0129
DFG

G	♈ g	m.	♉ g	m.	♊ g	m.	♋ g	m	♌ g	m.	♍ g	m.
0	0	0	12	48	29	42	56	11	94	6	137	0
1	0	24	13	16	30	24	57	17	95	30	138	37
2	0	48	13	45	31	7	58	24	96	54	139	54
3	1	13	14	14	31	50	59	31	98	18	141	20
4	1	37	14	43	32	34	60	39	99	42	142	47
5	2	2	15	12	33	18	61	48	101	7	144	13
6	2	26	15	42	34	3	62	58	102	32	145	40
7	2	51	16	13	34	49	64	9	103	57	147	6
8	3	15	16	43	35	36	65	20	105	22	148	32
9	3	40	17	14	36	24	66	32	106	47	149	58
10	4	5	17	45	37	12	67	45	108	12	151	24
11	4	30	18	16	38	1	68	59	109	38	152	50
12	4	55	18	48	38	51	70	13	111	4	154	16
13	5	20	19	20	39	42	71	28	112	30	155	42
14	5	45	19	52	40	34	72	44	113	56	157	8
15	6	10	20	25	41	26	74	0	115	23	158	39
16	6	35	20	59	42	19	75	17	116	49	160	0
17	7	1	21	34	43	13	76	34	118	15	161	26
18	7	25	22	8	44	8	77	52	119	42	162	52
19	7	52	22	43	45	3	79	11	121	8	164	18
20	8	18	23	18	45	59	80	30	122	35	165	43
21	8	44	23	54	46	56	81	50	124	2	167	9
22	9	11	24	31	47	54	83	10	125	28	168	35
23	9	37	25	8	48	59	84	31	126	55	170	1
24	10	4	25	45	49	53	85	51	128	22	171	27
25	10	31	26	23	50	54	87	12	129	48	172	52
26	10	58	27	2	51	56	88	34	131	15	174	18
27	11	25	27	41	52	59	89	57	132	41	175	44
28	11	53	28	21	54	2	91	20	134	8	177	9
29	12	20	29	1	55	6	92	43	135	34	178	35
30	12	48	29	42	56	11	94	6	137	0	180	0

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0130
DFG

G	♎ g	m.	♏ g	m.	♐ g	m.	♑ g	m.	♒ g	m.	♓ g	m.
0	180	0	223	0	265	54	303	49	330	18	347	12
1	181	25	224	26	267	17	304	54	330	59	347	40
2	182	51	225	52	263	40	305	58	331	39	348	7
3	184	16	227	19	270	3	307	1	332	19	348	35
4	185	42	228	45	271	26	308	4	332	58	349	2
5	187	8	230	12	272	48	309	6	333	37	349	29
6	188	33	231	38	274	9	310	7	334	15	349	56
7	189	59	233	5	275	29	311	7	334	52	350	23
8	191	25	234	32	276	50	312	6	335	29	350	49
9	192	51	235	58	278	10	313	4	336	6	351	16
10	194	17	137	25	279	30	314	1	336	42	351	42
11	195	42	238	52	280	49	314	57	337	17	352	18
12	197	8	240	18	282	8	315	52	337	52	352	34
13	198	34	241	45	283	26	316	47	338	26	352	59
14	200	0	243	11	284	43	317	41	339	1	353	25
15	201	26	244	37	286	9	318	34	339	35	353	50
16	202	52	246	4	287	16	319	26	340	8	354	15
17	204	18	247	30	288	32	320	18	340	40	354	40
18	205	44	248	56	289	47	321	9	341	12	355	5
19	207	10	250	22	291	1	321	59	341	44	355	30
20	208	36	251	48	292	15	322	48	342	15	355	55
21	210	2	253	13	293	28	323	36	342	46	356	20
22	211	28	254	38	294	40	324	24	343	17	356	45
23	212	54	256	3	295	51	325	11	343	47	357	9
24	214	20	257	28	297	2	325	57	344	18	357	34
25	215	47	258	53	298	12	326	42	344	48	357	58
26	217	13	260	18	299	21	327	26	345	17	358	23
27	218	40	261	42	300	29	328	10	345	46	358	47
28	220	6	363	6	301	36	328	53	346	15	359	12
29	221	33	364	30	302	43	329	36	346	44	359	36
30	223	0	365	54	303	49	330	18	347	12	360	0

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0131
DFG

	♈		♉		♊		♋		♌		♍	
G	g	m	g	m	g	m	g	m	g	m	g	m.
0	0	0	13	21	30	46	57	31	95	10	137	33
1	0	25	13	50	31	29	58	27	96	32	138	59
2	0	50	14	20	32	13	59	44	97	56	140	24
3	1	16	14	50	32	57	60	51	99	19	141	50
4	1	41	15	20	33	42	61	59	100	42	143	15
5	2	7	15	50	34	27	63	8	102	6	144	40
6	2	32	16	21	35	13	64	18	103	30	146	6
7	2	58	16	53	36	0	65	20	104	54	147	31
8	3	24	17	24	36	48	66	40	106	18	148	56
9	3	50	17	56	37	36	67	52	107	42	150	21
10	4	16	18	28	38	25	69	4	109	7	151	46
11	4	42	19	1	39	15	70	17	110	32	153	11
12	5	8	19	34	40	5	71	30	111	57	154	36
13	5	34	20	7	40	56	72	44	113	22	156	1
14	6	0	20	40	41	48	73	59	114	47	157	26
15	6	26	21	14	42	41	75	15	116	12	158	52
16	6	52	21	49	43	35	76	32	117	37	160	17
17	7	19	22	25	44	30	77	50	119	2	161	40
18	7	46	23	1	45	25	79	8	120	27	163	5
19	8	13	23	37	46	21	80	25	121	52	164	30
20	8	40	24	13	47	18	81	43	123	18	165	54
21	9	7	24	50	48	16	83	32	124	43	167	19
22	9	35	25	28	49	14	84	21	126	9	168	44
23	10	2	26	6	50	13	85	41	127	35	170	8
24	10	30	26	44	51	13	87	1	129	1	171	33
25	30	58	27	22	52	14	88	21	130	26	172	57
26	11	26	28	1	53	16	89	42	131	52	174	22
27	11	55	28	41	54	19	91	4	133	17	175	47
28	12	23	29	22	55	22	92	26	134	43	177	11
29	12	52	30	4	56	26	93	48	136	8	178	36
30	13	21	30	46	57	31	95	10	137	33	180	0

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0132
DFG

Ad latitudinem 51. graduum.

G	♎ g	♎ m.	♏ g	♏ m.	♐ g	♐ m.	♑ g	♑ m.	♒ g	♒ m.	♓ g	♓ m.
0	180	0	222	27	264	50	302	29	329	14	346	39
1	181	24	223	52	266	12	303	34	329	56	347	8
2	182	49	225	17	267	34	304	38	330	38	347	37
3	185	13	226	43	268	56	305	41	331	19	348	5
4	185	38	228	8	270	18	306	44	331	59	348	34
5	187	3	229	34	271	39	307	46	332	38	349	2
6	188	27	230	59	272	59	308	47	333	16	349	30
7	189	52	232	25	274	19	309	47	333	54	349	58
8	191	16	233	51	275	39	310	46	334	32	350	25
9	192	41	235	17	276	58	311	44	335	10	350	53
10	194	6	236	42	278	71	312	42	335	47	351	20
11	195	30	238	8	279	35	313	39	336	23	351	47
12	196	55	239	33	280	52	314	35	336	59	352	14
13	198	20	240	58	282	10	315	50	337	35	352	41
14	199	45	242	23	283	28	316	25	338	11	353	8
15	201	10	243	48	284	45	317	19	338	46	353	34
16	202	34	245	13	286	1	318	12	339	20	354	0
17	203	59	246	38	287	16	319	4	339	53	354	26
18	205	34	248	3	288	30	319	55	340	26	354	52
19	202	49	249	28	289	43	320	45	340	59	355	18
20	208	14	250	53	290	56	321	35	341	32	355	44
21	209	39	252	18	292	8	322	24	342	4	356	10
22	211	4	253	42	293	20	323	12	342	36	356	36
23	212	29	255	6	294	31	324	0	343	7	357	2
24	213	54	256	30	295	42	324	47	343	39	357	28
25	215	20	257	54	296	52	325	33	344	10	357	53
26	216	44	259	18	298	1	326	18	344	40	358	19
27	218	10	260	41	299	9	327	3	345	10	358	44
28	219	36	262	4	300	16	327	47	345	40	359	10
29	221	1	263	27	301	23	328	31	346	10	359	35
30	222	27	264	50	302	29	329	14	346	39	360	0

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0133
DFG

	♈		♉		♊		♋		♌		♍	
G	g	m	g	m	g	m	g	m	g	m	g	m.
0	0	0	13	52	31	47	58	47	96	11	118	4
1	0	26	14	22	32	38	59	53	97	33	119	29
2	0	53	14	53	33	15	61	0	98	55	140	53
3	1	19	15	24	34	0	62	7	100	18	142	18
4	2	46	15	55	34	46	63	15	101	40	143	42
5	2	13	16	26	35	32	64	24	103	2	145	6
6	2	39	16	58	36	19	65	40	104	26	146	30
7	3	6	17	31	37	7	66	48	105	40	147	54
8	3	32	18	3	37	55	67	59	107	12	149	18
9	3	59	18	36	38	44	69	6	108	35	150	42
10	4	26	19	9	39	33	70	18	109	58	152	6
11	4	53	19	43	40	23	71	31	111	22	153	30
12	5	20	20	17	41	14	72	44	112	46	154	54
13	5	47	20	52	42	6	73	58	114	10	156	18
14	6	14	21	26	42	59	75	12	115	34	157	42
15	6	42	22	1	43	53	76	27	116	59	159	6
16	7	9	22	36	44	47	77	43	118	23	160	30
17	7	37	23	12	45	42	78	59	119	47	161	54
18	8	4	23	49	46	38	80	16	121	11	163	17
19	8	32	24	26	47	35	81	33	122	35	164	41
20	9	0	25	4	48	32	82	51	123	59	166	4
21	9	28	25	42	49	30	84	10	125	23	167	28
22	9	57	26	21	50	29	85	27	126	48	168	52
23	10	26	27	0	51	29	86	46	128	12	170	16
24	10	55	27	39	52	29	88	6	129	37	171	40
25	11	24	28	19	53	30	89	26	131	2	173	3
26	11	53	28	59	54	32	90	47	132	27	174	27
27	12	23	29	40	55	35	92	8	133	51	175	50
28	12	52	30	22	56	39	93	29	135	16	177	14
29	13	22	31	4	57	42	94	50	136	40	178	37
30	13	52	31	47	58	47	96	11	138	4	180	0

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0134
DFG

	♎		♏		♐		♑		♒		♓	
G	g	m	g	m.	g	m.	g	m	g	m	g	m.
0	180	0	221	56	263	49	301	13	328	13	346	8
1	181	23	223	20	265	10	302	18	328	56	346	38
2	182	46	224	44	266	31	303	22	329	38	347	8
3	184	10	226	9	267	52	304	25	330	20	347	37
4	185	33	227	33	269	13	305	28	331	1	348	7
5	186	57	228	58	270	34	306	30	332	41	348	36
6	188	20	230	23	271	54	307	31	332	21	349	5
7	189	44	231	48	273	14	308	31	333	0	349	34
8	191	8	233	12	274	33	309	31	333	39	350	3
9	192	32	234	37	275	51	310	30	334	18	350	32
10	193	56	236	1	277	9	311	28	334	56	351	0
11	195	19	237	25	278	27	312	25	335	34	351	28
12	196	43	238	49	279	44	313	22	336	11	351	56
13	198	6	240	13	281	1	314	18	336	48	352	27
14	199	30	241	37	282	17	315	13	337	24	352	51
15	200	54	243	1	283	33	319	7	337	59	353	18
16	202	18	244	26	284	48	317	1	338	34	353	46
17	203	42	245	50	286	2	317	54	339	8	354	13
18	205	6	247	14	287	16	318	46	339	43	354	40
19	206	30	248	38	288	29	319	37	340	27	355	7
20	207	54	250	2	289	42	320	27	340	51	355	34
21	209	18	251	25	290	54	321	16	341	24	356	1
22	210	42	252	48	292	1	322	5	341	57	356	28
23	212	6	254	11	293	12	322	53	342	25	356	54
24	213	30	255	34	294	20	323	41	343	2	357	21
25	214	54	256	57	295	36	324	28	343	34	357	47
26	216	18	258	20	296	45	325	14	344	5	358	14
27	217	42	259	42	297	53	326	0	344	36	358	41
28	219	7	261	5	299	0	326	45	345	7	359	7
29	220	31	262	27	300	7	327	29	345	32	359	34
30	221	56	263	49	303	13	328	13	346	8	360	0

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0135
DFG

	♈		♉		♊		♋		♌		♍	
G	g	m.	g	m	g	m.	g	m	g	m	g	m.
0	0	0	14	50	33	41	61	7	98	5	139	2
1	0	28	15	23	34	26	62	13	99	25	140	25
2	0	56	15	56	35	12	63	20	100	46	141	47
3	1	25	16	29	35	58	64	27	102	6	143	10
4	1	53	17	2	36	45	65	35	103	27	144	32
5	2	22	17	35	37	33	66	43	104	48	145	54
6	2	50	18	9	38	22	67	51	106	9	147	17
7	3	19	18	43	39	12	69	1	107	30	148	39
8	3	48	19	18	40	11	70	11	108	52	150	1
9	4	17	19	52	40	51	71	22	110	13	151	23
10	4	56	20	27	41	41	72	34	111	35	152	45
11	5	15	21	2	42	32	73	46	112	57	154	7
12	5	44	21	38	43	24	74	57	114	19	155	29
13	6	13	22	14	44	17	76	12	115	41	156	51
14	6	42	22	51	45	11	77	26	117	3	158	13
15	7	11	23	28	46	6	78	40	118	26	159	35
16	7	40	24	6	47	1	79	55	119	48	160	57
17	8	10	24	45	47	57	81	10	121	10	162	19
18	8	39	25	23	48	53	82	26	122	32	163	41
19	9	9	26	2	49	50	83	42	123	54	165	3
20	9	39	26	41	50	48	84	59	125	17	166	24
21	10	9	27	21	51	47	86	16	126	40	167	46
22	10	40	28	2	52	47	87	34	128	3	169	8
23	11	10	28	42	53	47	88	51	129	26	170	29
24	11	41	29	23	54	48	90	9	130	49	171	51
25	12	12	30	4	55	49	91	27	132	11	173	12
26	12	43	30	46	56	51	92	46	133	34	174	34
27	13	15	31	29	57	54	94	6	134	56	175	56
28	13	46	32	12	58	58	95	25	136	18	177	17
29	14	18	32	56	60	2	96	45	137	40	178	39
30	14	50	33	41	61	7	98	5	139	2	180	0

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0136
DFG

	♎		♏		♐		♑		♒		♓	
G	g	m.	g	m.	g	m.	g	m	g	m	g	m.
0	280	0	220	58	261	55	298	53	326	19	345	10
1	181	21	222	20	263	15	299	58	327	4	345	42
2	182	43	223	42	264	35	301	2	327	48	346	14
3	184	4	225	4	265	54	302	6	328	31	346	45
4	185	26	226	26	267	14	303	9	329	14	347	17
5	186	48	227	49	268	33	304	13	329	56	347	48
6	198	9	229	11	269	51	305	12	330	37	348	19
7	189	31	230	34	271	9	306	13	331	18	348	50
8	190	52	231	57	272	26	307	13	331	58	349	20
9	192	14	233	20	273	44	308	13	332	39	349	51
10	193	36	234	43	275	1	309	12	333	19	350	21
11	194	57	236	6	276	18	310	10	333	58	350	51
12	196	19	237	28	277	34	311	7	334	37	351	21
13	197	41	238	50	278	50	312	3	335	15	351	50
14	199	3	240	12	280	5	312	59	335	54	352	20
15	200	25	241	34	281	20	313	54	336	32	352	49
16	201	47	242	57	282	34	314	49	337	9	353	18
17	203	5	244	19	283	48	315	43	337	46	353	47
18	204	31	245	41	285	1	316	36	338	22	354	16
19	205	53	247	3	286	14	317	28	338	58	354	45
20	207	15	248	25	287	26	318	19	339	33	355	14
21	208	37	249	47	288	38	319	9	340	8	355	43
22	209	59	251	8	289	49	319	59	340	42	356	12
23	211	21	252	30	290	59	320	48	341	17	356	41
24	212	43	253	51	292	8	321	38	341	51	357	10
25	214	6	25	12	293	17	322	27	342	25	357	38
26	215	28	256	33	294	25	323	15	343	58	358	7
27	216	50	257	54	395	33	324	2	343	31	358	35
28	218	13	259	14	296	40	324	48	344	4	359	4
29	219	35	260	35	297	47	325	34	344	37	359	32
30	220	58	261	55	298	53	326	19	345	10	360	0

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0137
DFG

ΣΧΟΛΙΟΝ

Æquator horis 24. motu primo una cum ſphæra circumagitur æquali ſemper celeritate, cum autem partibus 360. conſtet, quæ horis 24. peroriuntur, pars eius vigeſima quarta, quæ eſt partium 15. una hora præterlabetur, & unius horæ minuto, 15. ſcrupula prima æquatoris: Quod ſi igitur horas & horarum ſcrupula multiplices in 15 prodibunt partes aquatoris & ſcrupula prima tempori propoſito convenientia.

Cum autem uni gradui quatuor ſcrupula prima temporis conveniant, & uni minuto quatuor ſcrupula ſecunda temporis, ſi quis partes æquinoctialis & harum minutias agat in quatuor, numerus prodiens oſtendet horarum ſcrupula prima & ſecunda quæ partibus æquatoris & earundem ſcrupulis debentur.

Age ſint horæ tres, cum minutijs 27. convertendæ in partes æquatoris, multiplico tempus propoſitum in 15. & prodeunt partes 51. 45. m. Et tantus eſt arcus æquatoris, tempori propoſito æqualis. Sint nunc partes 37. 42. m convertendæ in horas & horarum ſcrupula: Duco arcum æquatoris in 4. & prodeunt horarum ſcrupula prima 148. Secunda verò 168. quæ diviſione ſexagenaria reducuntur ad hor. 2. 30. m. 48 ſe. Tanto tempore

pore arcus æquatoris datus oritur occiditvè, aut meridianum præterit.

In sphæra recta quodvis hemicyclium zodiaci peroritur cum quovis hemicyclio æquatoris: Si enim per puncta è diametro opposita zodiaci & æquatoris, in horizonte constituta, circulum describi animo concipias, qui simul cum sphæra moveatur, is cum tam zodiacum quàm æquatorem bifariam secet (est enim circulus major) delatus ab ortu in occasum, coincidet cum horizonte, & puncta tàm zodiaci quàm æquatoris, quæ erant in ortu, constituentur in occasu, & puncta his opposita in ortu: Hemicyclium igitur utriusq; circuli ascendisse necesse est.

Quadrantes quoq; utriusq; circuli à punctis æquinoctialibus & solstitialibus inchoatos perorirvi est necesse. Quoniam coluri, qui quadrantes distinguunt, cum horizonte coincidunt.

Arcus autem quadrante minores, ab Ariete vel Libra inchoati, obliquè oriuntur, quoniam arcus zodiaci angulo recto (quem facit Æquinoctialis cum horizonte) majori opponitur. Arcus vero quadrante maiores, rectè quoniam angulus quem facit zodiacus cum horizonte obtusus est, & ob id æquatoris arcus angulo maiori subtenditur, maior igitur est arcus zodiaci, qui opponitur

nitur angulo recto, nam in triangulis sphæricis, & in rectilineis, maiori angulo, majus opponitur latus.

Quod autem puncta Eclipticæ à punctis æquinoctialibus solstitialibusvè æqualiter distantia, æquales habeant ascensiones rectas, demonstrabitur in hunc modum. Sit zodiacus ϑ ζ λ γ, Æquator δ κ γβ, polus æquatoris α, & sumantur arcus ecliptice, ϑ ζ. ζ λ, & γ ϑ, æquales, à punctis æquinoctiorum, ducanturq; meridiani per fines arcuum α κ λ, & α ϑ δ, & α ι β, secan-



tes æquatorem in δ, κ, β punctis. Dico arcus æquatoris δ ζ, & ζ κ, & β γ, qui sunt ascensiones rectæ

ctæ sumptorum arcuum ecliptícæ, esse æquales. Erunt enim anguli qui ad ♑, ♋, & ♎, recti, per XV. lib. 1. Theod. Cumq; ♑, ♌, ♎, puncta ecliptícæ æqualiter distent ab intersectionibus, æquales habebunt declinationes, quare ♑♑, & ♌♋, & ♎♎ erunt æquales: & singuli anguli qui ad ♐, angulis qui ad ♈ sunt æquales. Sunt enim anguli inclinationis zodiaci cum æquatore. Sunt itaq; tria triangula ♑♐♑, ♌♐♋. & ♎♈♎, habentia duo latera duobus lateribus æqualia, & duos angulos duobus angulis æquales, quare reliqua latera, æqualia habebunt, nempe ♑♐, ♐♋. & ♎♈, quæ sunt ascensiones rectæ arcuum ecliptícæ qui æqualiter à punctis æquinoctialibus distant.

Cum autem quadrantes zodiaci & æquatoris à punctis æquinoctialibus & solstitialibus inchoati, in sphæra recta simul pervertantur, patet, si æquales ascensiones æqualium arcuum, ab Ariete vel Libra inchoatorum, subducantur à quadrantibus, relictum iri æquales ascensiones, reliquis zodiaci arcubus æqualibus.

Quod autem arcus, qui æqualiter distant ab alterutra intersectione æquinoctialis & zodiaci, æquales habeant ascensiones obliquas, hinc evadet perspicuum: Sit enim horizon ♈♎, æquator ♈♑, initium arietis ♈ & ♑. arcus ♈♐, 10 gradus a-

rietis, sit æqualis arcui ♑ θ, 10. gradibus postremis piscium. Dico γ ε, ascensionem obliquam arcus ♈ γ, esse æqualem arcui ♑ ε; qui est ascensio obliqua arcus θ ♑. Anguli enim qui ad ε cum sint ad verticem, sunt æquales, eademq; ratione,



qui ad γ & ♑, & ♈ γ, ipsi ♑ θ ex hypoth. est æqualis, nec non ♈ ε, & ε θ, latitudines ortivæ, Ergo & γ ε, ipsi ε ♑. Nam quod propositio 26. Euclidis verum docuit in triangulis rectilineis, idem verum est in sphæricis.

Cum autem magni circuli qui describuntur per polos mundi, & sectiones hemicyclij septentrionalis ecliptice cum horizonte, secent æquatorem sub horizonte, & arcus ab hac communi sectione commemorati circuli, & æquatoris, usq; ad sectionem vernam numeratus, sit ascensio recta: Arcus vero æquatoris inter horizontem & eandem intersectionem

nem vernam interceptus sit ascensio obliqua ejusdem arcus, patet arcuum Ecliptice septentrionalium ab ariete inchoatorum ascensiones in sphæra recta, vincere eas quæ sunt in sphæra obliqua.

Contra autem evenire in altera eclipticæ medietate. Nam meridiani, qui describuntur per puncta horizontis, in quibus oriuntur eclipticæ puncta hemicyclij meridionalis, secant æquatorem supra horizontem, & ob id arcus æquatoris, inter autumnalem sectionem & meridianum interceptus, qui est ascensio recta arcus eclipticæ orientis, minor est arcu inter eandem sectionem autumnalem & horizontem comprehenso.

EX his tabulis facilè perspiciet lector, cujuslibet arcus eclipticæ quanta sit ascensio, tàm in sphæra recta, quàm obliqua. Cum gradu enim eclipticæ & signo, ingressus, communis concursus ascensionem declarat obliquam vel rectam, pro ingressu tabulæ, ut 20. gradus Tauri recta ascensio est partium 47, m. 33. Obliqua vero partium 21. m. 21. Differentia ascensionalis par. 26 m. 12. Porro hi sunt arcus tam zodiaci, quam æquatoris ab intersectione verna ducentes initium. Quod si alicujus arcus sejuncti, aliunde sumentis initium, ascensionem quæras, subducito ascensionem principij arcq dati, ab ascensione finis ejusdem arcus, ar-

cus æquatoris relictus, est ascensio arcus ecliptice dati: Vt viginti graduum primorum Cancri quæratur ascensio: Sumo ascensionem initij cancri, & deprehenditur ascensio recta partium 90 Obliqua vero 53 g. 14 m. Sumo itidem ascensionem vigesimi gradus cancri, & est recta part. 111. 39. m. Obliqua vero 77 g. 51. m Subducta ascensione principij arcus dati à fine ejusdem, offendo 20. gradus cancri oriri in sphæra recta, cum partib. 21. m. 39 æquatoris: In obliqua autem cum partibus 24. m. 37. Sit inveniendæ ascensio obliqua arcus 35. partium, comprehensi inter 14 gradum piscium, & 20 gradum aretis. Ascensio obliqua 14 gradus piscium est partium 354. min. 2. Ascensio autem obliqua 19. grad. ♈, est 7. partium, min 8. Subducendæ sunt partes 354 min 2. à partibus 7. m. 8. quod fieri cum nequeat, assumo integrum circulum & à partibus 367. m. 8 subduco ascensionem obliquam initij arcus propositi partium 354. m. 2. relinquitur arcus propositi ascensio obliqua partium 13. m. 6. Recta autem ascensio ejusdem arcus partium invenitur 32. m. 14. Sit investiganda ascensio obliqua 23. g. m. 45 Tauri. Ingressus tabulam cum 23. gradu tauri: (ad singulos enim gradus tantum tabula est condita) offendo 23. g. 3 m. quoniam autem gradibus nostris annexa sunt minuta

minuta. quibus tabulam ingredi debemus, video quæ sit ascensio obliqua proximi gradus nempe 24 Tauri, & invenio ascensionem obliquam 23. g. 38 m. sumo differentiam harum ascensionum quæ deprehenditur 35. m. Cum igitur unus gradus det in ascensione obliqua differentiam scrupulorum primorum 35. quam differentiam dabunt scrupula prima 45. & reperio minutias 26. quæ ascensioni 23. graduum tauri adjectæ, reddunt 23 g. m. 29. quæ est ascensio obliqua 23. g. m. 45. Tauri. Descensiones autē arcuum ecliptica in sphæra recta, eorundē ascensionibus sunt æquales: In sphæra autem obliqua, descensiones sunt æquales ascensionibus arcuum oppositorum: Arcui igitur ecliptica dato, qui ab Ariete sumit initium, cuius quæritur descensio, adde semicirculum, arcus nascentis sume ascensionem, à qua subducto semicirculo, arcus relictus erit descensio arcus propositi: Sit 25. g. Tauri, cuius descensionem scire velis, adde semicirculum, nascituráz 25. g. Scorpij. cujus Ascensio obliqua est g. 261. m. 2. subducto ab hac semicirculo 180. graduum, relinquuntur partes 81. m. 2. quæ descensionem vigesimi quinti gradus Tauri aperiunt.

Quod si alicujus arcus sejuncti descensio quæratur, sumes arcus oppositi ascensionem, illa erit

descensio quæsita. Vt si quæratur descensio viginti quinq; primorum graduum Sagittarij, video arcus oppositi (qui priores viginti quinq; gradus geminorum complectitur) ascensionem, quæ 20. grad. & m. 37. deprehenditur: Totidem partium est descensio viginti quinq; graduum Sagittarij.

Non puto autem latere quemquam, si partibus adjuncta fuerint scrupula prima, duplici ingressu sumendam esse partem proportionalem, eamq; addendam, subtrahendamvè, prout usu venit.

Ex ascensionibus autem cognitis arcus ecliptica, cui talis ascensio debetur, è tabula cognoscitur: Quæritur enim in area arcus ascensionis, & in fronte tabulæ signum, à latere autem gradus, cui talis ascensio competit, Sic ascensionem part. 33. m. 47. video nono gradui geminorum respondere.

Si arcus ecliptica cum hoc arcu æquatoris descendens quæratur, adde semicirculum ascensioni propositæ, & oriuntur partes 213 m. 47. arcus ecliptica coascendens est partium 203. Subducto hinc semicirculo, relinquentur 23. g. Arietis, qui cum partibus 33. m. 47 æquatoris descendunt.

Ex

Ex ijsdem tabulis facilè quavis hora, cognito solis loco, quod punctum ecliptice cœli medium obtineat, cognoscemus: Si enim ab ascensione obliqua puncti ecliptice in horizonte constituti, subducamus circuli quadrantem: Et ex tabula ascensionum rectarum venemur arcum ecliptice, hic indicabit punctum ecliptice tunc in meridiano positum. Vt sol 14. die decembris, quo hæc scripsi, erat in 3 g. 3. m. Capricorni, cujus ascensio obliqua Rostochij, ubi polus partib. 54. attollitur, sumpta parte proportionali, est partium 310. m. 1. à qua circuli quadrantem, sive partes 90. subduco & relinquuntur part. 220. m. 1. ascensio recta puncti ecliptice meridianum occupantis cum sol oritur: Invenio autem in tabula rectarum ascensionum, adhibita parte proportionali, 12 g. 27 m. Scorpij, qui medium cœli tenet.

Quod si autem quavis hora ab ortu, punctum ecliptice in horizonte ortivo positum scire expetas. tempus ab ortu elapsum converte in partes æquatoris, has ascensioni obliquæ loci solis adde, tabula obliquarum ascensionum aperiet punctum ecliptice, ad datum tempus in horizonte constitutum. Sol 14. decembris est in 3. g. 3. m. Capricorni, quæritur quatuor horis & scrupulis 25. post solis ortum, quod ecliptice punctum in hori-

zonte sit. Tempus datum converto in partes æquatoris 66 m. 15. quas addo ascensioni obliquæ loci solis partium 310. m. 1. & prodeunt partes 376. m. 16. quæ sunt ascensio obliqua puncti ecliptice, in horizonte dato tempore positi. Quoniam autem datus numerus maior est toto circulo, subducendus erit integer circulus, & cum residuo arcu partium 16. m. 16. inquiremus punctum ecliptice oriens, deprehenditur autem adhibita parte proportionali 10. g. 10. m. Tauri. Quod si ab huius puncti ascensione obliqua part. 16. m. 16. auferas quadrantem circuli, sive partes 90. (debemus autem quotiescunq; subductio fieri nequit, integrum circulum adjungere) relinquetur arcus æquatoris partium 286. m. 16. Cui in tabula rectarum ascensionum respondet 15. gradus Capricorni, qui tunc temporis est in medio cœli: Sol itaq; meridianum præterijt, & inter meridianum & occidentem versatur. Arcus autem zodiaci inter orientem & meridianum interceptus, est partium 115. m. 10 Inter meridianum verò & occidentem, est partium 64. m. 50. Cognitis enim ecliptice punctis, quæ cardines cœli dato tempore obtinent, facilè est arcus zodiaci elicere à cœli cardinibus comprehensos.

DE DIERUM DIFFERENtia & quantitate.

Dierum alij Ciuiles, alij naturales. Ciuilis dies, est temp⁹, quo sol motu primo circumact⁹, ad eundem meridianũ aut horizontem redit, unde digressus est, & constat integra revolutione æquatoris, tantaq; particula ascensionis rectæ, vel obliquæ quãta correspondet motui solis proprio, quem peregit dum motu universi circumvolvitur. Cum autem hic arcus æquatoris qui toti revolutioni adijcitur, non sit æqualis, partim ob motum solis verum, qui inæqualis est, ut à Ptol. tertio μεγάλης συντάξεως traditur: partim ob ascensionum discrimina, quoniam æqualibus arcubus zodiaci, inæquales arcus æquatoris in meridiano & horizonte respondent, patet dies ciuiles fore inæquales.

Ob hanc inæqualitatem non poterant ipsi esse mensura motus corporum cælestium, verum alios constituerunt æquales, quos mediocres vocarunt, quib⁹ in motuum supputatione utimur, Constant autem hi integra æquatoris revolutione, & tan-

ta æquinoctialis circuli particula, quantus est medius solis motº diurnus, 59.m.8.sec.

Dies vero naturalis, quem artificialem alij dixerunt, est tempus quo sol ab ortu usq; ad occasum movetur: & definitur arcu æquatoris, qui cum semicirculo zodiaci quovis die oriente ascendit, quem si convertas in horas & horarum scrup. nascetur diei naturalis quantitas: quam si ab horis 24 subducas, aperietur noctis magnitudo.

Est autem magna dierum naturalium varietas, non solum inter se, sed etiam pro varia locorum latitudine. Quibuscunque enim poli sunt in horizonte, qui scilicet sphæram habent rectam, illis dies noctibus semper sunt æquales: Quibus autem alter polorum attollitur, dies (cum sol in illo hemicyclo versatur quod versus polum elevatum declinat) excedunt noctes & quo polus magis elevatur, eò major dierum & noctium inæqualitas: Vincuntur autem dies à noctibus, dum in altero hemicyclio movetur. Sicut nobis septentrionem spectantibus, sole Arietem ingresso, & signa borea percurrente, dies noctibus majores evadunt, incrementaq; sumunt, donec sol pun-

punctum ecliptiæ maximè ab æquinoctiali declinans attigerit: In eo enim dies omnium maximus est: ut minimus in loco ei opposito, qui summam declinationem australem habet. In hemicyclio enim australi dum versatur, minores semper dies evadunt, donec extremum limitem australem, tropicum Capricorni, sol attigerit.

Sol motu primo circumactus, parallelos describit circulos æquatori, quorum omnium centra sunt in mundi axe: hi ab horizonte secantur in sphæra recta in partes æquales: Quoniam, cum axis mundi sit in eo sicu diameter horizontis, in quo parallelorum centra esse diximus, necessariò secat omnes parallelos bifariam, cum per centra ipsorum traducatur.

Cumq; æquatorem in quovis terræ situ, ut circulum maiorem, bifariam dividat, necessariò cum sol in æquatore fuerit, in quovis terræ situ (eum excipio, cuius vertici polus incumbit) dies noctibus erunt æquales: Cum autem polus attollitur, tum axis quoque supra horizontem eminet, & in axe centra parallelorum: Quare horizon secans parallelos, non ducetur per ipsorum

sorum centra, & ob id in partes inæquales secabit: Majus autem est circuli segmentum, quod centrum continet: Quod in parallelis septentrionalibus, ubi borea polus attollitur, est supra horizontem, & diei quantitatem continet, ob id dies sole in hemicyclio eclipticæ septentrionali constituto, noctes excedere necesse est. Eandem verò ob causam, vincentur à noctibus, sole in hemisphærio australi versante. Cum autem illa segmenta parallelorum, tantò magis differant, quo maiorem habuerint ab æquatore distantiam, patet dies in uno hemicyclio continuò augeri, donec sol extremum parallelorum attigerit, in altero vero noctes. Et quoniam unus & idem parallelus, describitur à punctis eclipticæ ejusdem hemicyclij quæ eandem declinationem habent, patet eos dies fore æquales. Quicquid autem de diebus dicitur unius hemicyclij, id ad noctes referri debet alterius hemicyclij; quantum enim axis, exempli gratia, septentrionalis attollitur, tantum alter deprimitur: & ob id æqualium parallelorum in diversis hemicyclijs segmenta sunt æqualia; quare noctes diebus: Sunt autem illi paral-

leli

leli, diversi hemisphærij æquales, qui à punctis æqualem declinationem habentibus, describuntur: Et quoniam arcus ecliptice æquales, sectionibus zodiaci & æquatoris propiores, majores habent declinationes, erit dierum naturalium sive artificialium sese consequentium, circa æquinoctialia puncta maximum discrimen: circa solstitialia vero minimum: Quod puncta ecliptiæ solstitijs propinqua, parvas habeant differentias declinationum.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Quem alij diem naturalem, hunc nos Civilem vocamus: & quem artificialem, hunc naturalem appellamus. Sic enim Censorinus, lib. de die natali tradit. Naturalis inquit dies, est tempus ab oriente sole ad solis occasum, cuius contrarium tempus nox est, ab occasu solis ad ortum.

Civilis dies vocatur tempus, quod fit uno cœli circumactu, quo dies verus & nox continetur. Porro tam dies civiles quam artificiales, naturales recte dicuntur, quod naturali cœli conversione perficiantur.

Civiles vero dicti videntur, quod pro cujusq; civitatis aut gentis instituto, aliud & aliud initium habe-

habeant. Alij enim ab ortu, alij ab occasu, alij à meridie, nonnulli à media nocte diei civilis principium sumunt.

Vt tempus est mensura motus, ita motus vicissim ipsius temporis. Mensuram autem cum maximè notam esse oporteat, illorum corporum motu tempor is mensuram definiri convenit, quorum motus maximè conspicuus est, & regularis. Cùm autem sol inter omnia astra primum locum obtineat, (est enim autor lucis, & suo motu in circulo obliquo generationum) merito à motu ipsius proprio, quo circulum zodiacum peragrat, anni quantitatem desumpsere: Ab eo autem, quo motu primo circumagitur, diem civilem & naturalem definierunt.

Cumq; sol inæqualiter moveatur in zodiaco, circa æstiva enim solstitia hoc tempore tardissimè circa hyberna autem velocissime, quod in illis à terra remotissimus sit, in his verò telluri proximus: Et arcubus zodiaci æqualibus, inæquales arcus æquatoris respondeant, tam in sphæra recta, quam obliqua, patet dierum civilium magnitudinem fore inæqualem, quoniam arcus æquatoris, tam ascensioni rectæ, quam obliquæ correspondentes motui Solis vero, qui integræ æquatoris revolutioni adjiciuntur, inæquales sunt.

Cum

Cum autem ascensiones sphæræ rectæ, quæ meridiani sunt communes, sint eædem in omni terræ situ, non sine ratione, reditum solis motu primo ad eundem meridianum considerarunt Astronomi: Hac enim ratione arcus æquatoris, qui motui solis proprio, quem sol diei spacio peregit, respondet, & toti revolutioni æquatoris adjicitur, unus & idem est omnibus. Quod si ad horizontem reditum hunc solis retulissent, arcui zodiaci à sole motu proprio peragrati, diversi arcus æquatoris, pro varia poli elevatione respondissent, & ob id non ejusdem magnitudinis apud omnes unus & idem dies civilis erat futurus.

Cum autem in motuum calculo opus esset diebus æqualibus, & toti zodiaco, quem sol anni spacio percurrit, totus æquator respondeat, fit ut portio æquatoris, quæ quotidiè integræ ejusdem revolutioni adjicitur, sit æqualis medio solis motui diurno.

Sit meridianus $\alpha\beta\lambda\gamma$, *Intersectio meridiani & horizontis* $\alpha\lambda$, *Axis mundi* $\varphi\chi$. *Æquatoris diameter* $\beta\gamma$. *Parallelorum diametri septentrionales* $\delta\theta$. *Meridionales* $\mu\nu$. *Sinus recti differentiæ ascensionalis in parallelis* $\alpha\zeta$, *&* $\pi\xi$. *Quoniam igitur axis mundi* $\varphi\chi$ *per polos parallelorum ducitur, per centra ipsorum transibit & ad angu-*

angulos rectos eisdem insistit, per 10. lib. 1. sphær. Theod. Sunt igitur centra omnium parallelorum in axe: Cum autem axis mund. sit diameter meri-



dianorum, necessariò secabunt meridiani parallelos bifariam, cum per centra omnium ducantur & communis sectio superficierum quæ est linea recta per 3. prop. lib. undec. Element. erit ea cujusq; parallelt diameter, cum per centrum transeat. Cumq; meridianus tranleat per polos æquatoris, & horizontis, parallelorumq;, secabit omnes hos circulos ad angulos rectos, per 15. primi Theodosij, quare communes sectiones æquatoris, & parallelorum æquatori, cum horizonte, per 17. undec. Elem. meridiano ad angulos rectos erunt:

Ergo

Ergo & cum communi sectione meridiani & horizontis, angulos facient rectos, per Tert. def. Vndecimi Elem. Eædemq; sectiones erunt ad angulos rectos intersectioni parallelorum, & meridiani: Hæ cum sint diametri parallelorum: Erunt communium sectionum parallelorum, & horizontis semisses, sinus recti dimidij arcus diurni, nocturnivè. Quare recta inter centrum paralleli, & intersectionem paralleli & horizontis intercepta, quæ in figura est ε ζ & π ξ, est Sinus comple, sive differentia semidiurni arcus, & quadrantis circuli.

His demonstratis: cum ijs quibus polus septentrionalis attollitur centra parallelorum septentrionalium, quæ sunt in axe, supra horizontem attollantur: patet horizontem, quos secat parallelos septentrionales, secturum in partes inæquales, & fore majus segmentum, quod supra horizontem est, cum centrum paralleli contineat: Est autem ea quantitas diei naturalis: Segmentum verò sub horizonte positū noctis: Ergo dies noctes excedent. Eadem ratione, sole in hemicyclio meridionali versante, noctes dies superabunt. Cumq; æqualium parallelorum segmenta alterna sint æqualia: ut docet decima nona secundi lib. Theod. patet dies unius hemicyclij fore æquales noctibus alterius. Et quoniem dif-

am differentiæ declinationum punctorum ecliptiæ eò majores sunt, quò sectioni æquatoris & zodiaci sunt propiores, minores verò, quò longius ab his recedunt, erunt differentiæ dierum majores prope æquinoctia, quàm solstitia.

DE HORIS

Diei civilis sive naturalis pars vigesima quarta hora æqualis appellatur sive æquinoctialis. Intelligimus enim 12. circulos magnos immobiles, in polis mundi sese secantes, qui dividunt æquatorem & circulos æquatori parallelos in 24. arcus æquales, quorum singuli 15. tempora continent. Tempus quo sol motu primo arcum hujusmodi conficit, dum ab uno horario circulo in proximè sequentem movetur, hora est æqualis.

Diei verò naturalis, quem artificialem alij dixerunt, pars 12. hora est inæqualis: Utraque in 60. scr. pri, dividitur, Cum autem dies naturales sive artificiales plurimum inter se differant, differentium dierum horas inæquales esse necesse est. Harum quantitas deprehendetur, diviso æquatoris arcu, aut numero horarum æqualium diurno,

diurno, in 12. partes; pars enim duodecima, aperit quantitatem horæ inæqualis. Hac sublata ab horis duabus æquinoctialibus, sive gradibus 30, relinquetur magnitudo horæ inæqualis nocturnæ. Sunt tamen, qui velint ejusdem diei naturalis horas inæquales esse, & quantitatem cuiusq; metiendam esse ascensione quindecim graduum zodiaci, qui ea hora ascendunt. Cum autem æquales zodiaci arcus, inæquales habeant ascensiones, tàm in sphæra recta, quàm obliqua, perspicuum est, illas fore inæquales.

Vocantur & horæ Planetarum, ab Astrologis, quòd singulæ, singulis planetis sint tributæ: Prima autem tribuitur ei planetæ, à quo dies denominatur: cæteræ secundum ordinem planetarum suas appellationes sortiuntur: toties repetita naturali serie planetarum quoties opus est. Harum initium ab ortu sumitur.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Quadris integrum Mathematici in partes 60 secant, ob causam supra commemoratam. Horæ itaq; in totidem partes sunt divisæ. Veteres autem horam in punctum, momentum, unciam &

Atomum divisere. Punctum est horæ quadrans minutorum 15. Momentum est quadrantis sive puncti pars decima, unum minutum cum semisse. Vncia est momenti pars duodecima 7. sec. 30 ter. Atomus est unciæ pars quadragesima octava 9. ter. 22. qu. Ipsum quoq; integrum Latini As appellant, & in duodecim partes, quas uncias nominant dividunt. Partesq; integri, partibus assis designant. Ita dies, horarum, granduumvè partes partibus assis explicant. Sunt autē partes assis.



Ita

Itaq; diei horæ, graduſve partes, partibus aßis explicatas, accommodabis partibus integri in partes 60. diviſi (in quas ut plurimum mathematici ſecare integrum ſolent) proportionum regula. Vt enim 12. ad partes aßis propoſitas, ſic 60. ad ſimiles integri partes, quæ partibus aßis propoſitis reſpondent. Sic bes 40. ſexageſimis integri repetitur æqualis, ſeptunx ſcrup. pr. 35. Quod ſi unciæ partibus latini ſimiliter utantur, ut

Semiuncia	quæ eſt una	$\frac{1}{2}$	uncia
Duella		$\frac{1}{3}$	
Sicilico		$\frac{1}{4}$	
Sextula		$\frac{1}{6}$	
Drachma		$\frac{1}{8}$	

Eas ſimili ratione in ſexageſimas aßis convertes. Cum enim uncia ſexageſimas contineat quinq;, quæ eſt ratio unius ad particulas unciæ, ea eſt quinq; ſcrupulorum ad partes ſexageſimas aßis. Hac ratione ſemjuncia continet 2. m. 30 ſc Duella 1. m. 40 ſc. ſicilicum 1. m. 15. ſcr. ſec. Sextula 50. ſcr. ſe. Drachma 37. ſcrup. ſe 30. ſcrup. tert.

Vt hodie æqualium horarum uſus ubiq; locorum increbuit: ſic olim paßim inæquales horæ nu-

ρικαὶ sunt usurpatæ. Et quando veteres horarum meminerunt, ad horas καὶ ρικὰς transferri debet, nisi disertè horarum æqualium mentio fiat: Vnde solstitiales dixit Vitruvius, ut æstivas Martialis, pro maximis: Et brumales pro minimis, quas Plautus hybernas. Illud observandum, dividi horas inæquales in majores & minores. Minores sunt quibus tam diem quam noctem in partes 12. partimur, aut quæ spacio definiuntur, quo medietas signi supra horizontem emergit. Majores horæ inæquales integri signi ascensum supra horizontem sibi vendicant. Aut sunt majores, partes diei sive noctis sextæ. Ita dies civilis horis 12. majoribus constabit. Quibus usus est Epiphanius ubi de Epactis agit contra hæreses lib. 3 Tomo 1. & Divus Marcus capite 15 usurpavit, dum hora tertia Christum tradit esse crucifixum, qui ab alijs Evangelistis hora sexta cruci affixus scribitur. Et eodem capite ab ipso Marco hora sexta tenebræ dicuntur factæ. Adeò ut utrumq́ horarum genus eodem capite usurpaverit

Quomodo autem ex arcu æquatoris, sive horarum æqualium numero diurno, quantitas horæ inæqualis sit colligenda hoc exemplo patefiet. Sit sol in principio ♊, arcus diurnus æquatoris est part. 240 m. 52. Numerus autem horarum aquinoctialium est 16. ho. m. 3. 28. se. Ergo hora inæqualis diei est

par-

partium 20. m. 4. se. 20. sive unius horæ æqualis cum scrupulis primis 20, secundis 17. hac subducta à duabus horis æqualibus, relinquetur quantitas horæ inæqualis nocturnæ, scrupulorum primorum 39. se. 43. Horæ enim duæ æquinoctiales, æquales sunt duabus horis inæqualibus diurnæ & nocturnæ. Quod si quantitatem earundem horarum metiaris ascensione singulorum quindecim graduum zodiaci, erit prima hora partium 11. m. 17. Secunda hora, 14. m. 35. Tertia 17 m. 59 Quarta 20. m. 33. Quinta 21. m. 51. Sexta 22 m. 13. Septima 22. m. 9. Octava 22. m. 1. Nona 22. m. 1. Decima 22. m. 9. Vndecima 22. m. 13. Duodecima 21. m. 51. Sumitur harum horarum initium ab ortu, & prima cujusq; diei hora est eius planetæ, à quo dies nominatur. Secunda eius qui ordine consequitur sic diei Iovis prima est Iovis, Secunda Martis, Tertia Solis, Quarta Veneris, Quinta Mercurij, Sexta Lunæ, Septima Saturni, Octava Iovis, Nona Martis, Decima Solis, Vndecima Veneris, Duodecima Mercurij, atq; ita consequenter.

Primis horis singulorum dierum cujuslibet Planetæ imperium assignatur, & sequentibus horis sequentes juxta orbium cœlestium ordinem. Quum enim Planetarum imperio cuncta regi judicarent, eos in singulas horas distribuere, ut prima

semper cujusq; diei hora sit eius Planetæ à quo dies appellationem sumit. Vnde horæ inæquales Planetariæ dicuntur. Et ipsi dies Planetarum appellationem sibi sumpsere. Quod ut Dion prodit in vita Pompeij ab Ægyptijs primum constitutum, ad reliquas gentes postea emanavit. Eius duplicem rationem adfert. Quarum una est Harmoniæ musicæ quam διὰ τεσσάρων nominant, qua contineri musica ratio Planetarum hunc mundi ornatum variantium, creditur, eo ordine quo suum quisq; cursum obit: eam quaterniones ordine singuli in orbem numero collecti constituunt; dum scilicet quartus à primo Planeta, ut cœli cursum absolvunt, in caput semper redigitur, hoc pacto statuitur primo loco Saturnus (cuius nomine designatur sabbati dies, quem vetusta Hebræorum gens religionis necessitate sacro sanctum habet) quamvis extremi sphærarum orbis præses. Ab eo transmissis duobus intermedijs, ad quartum inde planetam, quæ tetradis præses nominatur desilitur, qui sol est. Ab hoc rursus transcurso pari intervallo, ad Lunam quæ septimo loco est & infimo: A Luna ad Martem qui solarem circulum vicinia superat regredimur: hic in Mercurium supra lunare jubar proximum reijcit se. Is ad Iovem, nuncius & interpres Deum habitus commigrat: ille ad Venerem: hæc

hæc rursus ad Saturnum recurrit. Hunc ductum sequitur dierum hebdomadæ cursus. Altera ratio petitur ab horarum numero in digitos collecto, sicut exempli gratia prima Saturno, sequens Iovi, tertia Marti, quarta Soli, quinta Veneri, sexta Mercurio, septima lunæ tribuatur, ea orbium cœlestium serie sic decursa, quæ ab Ægyptijs prodita est: iterato idem si facitites, transmißis viginti quatuor horis, vicesimam quintam, quæ alterius diei exordium est, à sole auspicari videbis: id eadem ratione si repetas, sumendo planetæ nomen cui præsens dies dicatus est, ac seriem ordine prædictam persequendo, dum ad initialem proximi diei horam fuerit perventum, eam reipsa comperies illius diei cognomini planetæ propriam.

Initium horarum æqualium alij ab ortu solis, alij ab occasu, alij à meridie, alij à media nocte ducunt. Cognita autē magnitudine dieinaturalis & noctis & utriusq; semiße, facile erit eas inter se commutare. Vt in solstitio æstivo Rostochij hora secunda à meridie iucidit in undecimam ab ortu: est enim arcus semidiurnus horarum 8.m.29. quas si adijcias horis duabus prodeunt 10.horæ 27.m.ab ortu supputatæ. Eadem verò hora 2, à meridie numerata incidit in horam 17. m. 33. ab occasu.

Cum æquinoctialis æquabili semper motu circum-

cum agatur, quoniam motus primi regularis & æquabilis poli ipsius sunt poli, merito æquales horæ æquinoctiales appellantur, & earundem magnitudines æqualibus æquatoris arcubus temporum 15 æstimantur, totidem enim tempora pars 24 æquatoris complectitur. Diviserunt æquatorem in partes 24 æquales circulis magnis immobilibus, qui per polos æquatoris ducuntur, & quindecim tempora intercipiunt. Hi circuli sunt horarij qui tam æquatorem, quam circulos æquatori parallelos quos sol motu primo describit, in partes æquales dividunt, & ad angulos rectos, & per centra æquatoris omniumq; parallelorum traducuntur per 15. lib. 1 Theodosij quorum communis diameter axis est mundi. Hi circuli alios quosvis circulos præter æquatorem, cum per polos eorum non describantur, in partes æquales non dissecent. Verum illa segmenta quæ polis æquatoris propiora sunt, cum circuli horarij magis magisq; versus polos contrahantur, minora erunt, quæ vero remotiora, & æquatori viciniora, majora. Id quod ex 9. prop. lib. 3. Theodosij comprobari quoq; potest. Hinc itaq; evenit ut in Horologijs horizontalibus & verticalibus horarum intervalla à meridiano, sive ab hora 12. perpetuo crescant, usq; in horam sextam, quæ in communi sectione hori-

horizontis & æquatoris consistit, & quam semper demonstrat linea quæ meridianæ lineæ ad angulos rectos in horizontali & verticali horologio ducitur. Intervalla vero horarum quæ utrinq; à meridiano in polis mundi æqualia sunt, & cum meridiano æqualiter distant, æquales angulos faciunt, quod arcus horariorum circulorum qui à polo æquatoris in peripheriam horizontis ducuntur, sint æquales, itaq; & arcus horizontis æquales intercipient. Si itaq; hæ sectiones horariorum circulorum cum horizonte, & circulo verticali inveniantur, inventa erit ratio descriptionis eorundem horologiorum. Ergo animo concipe superficiem æquatori æquidistantem, cujus & horizontis communis sectio est linea recta. Hanc superficiem & horizontem cum meridianus secet ad angulos rectos per 13. prop. lib. 11. Element: & 15. prop. lib. 1. Theodosij, erit communis sectio horizontis & superficiei quæ æquidistat æquatori, eidem meridiano ad angulos rectos per 19. prop. lib. 1. Theod. & ob id communi sectioni meridiani, & dictæ superficiei ad angulos rectos erit. In hac communi sectione meridiani, & dictæ superficiei sumpto certo intervallo ab horizonte, si circulus describatur, is continget communem sectionem meridiani & horizontis, quæ est linea recta Idemq;

circu-

circulus cum sit parallelus æquatori, & eius centrum parum à centro universi differat, aut centro paralleli quod est in axe, secabitur à circulis horarijs in partes 24, æquales, hi circuli & horizontis superficiem & verticalem circulum cui meridianus ad angulos rectos insistit, lineamq; rectam contingentem itidem secabunt, quæ sectiones horas referent, repræsentabunt enim umbras ab ipso axe in superficiem horizontis aut verticalis circuli projectas. Nam solis corpus umbrosum, & umbra, semper in eadem superficie constituuntur. Si itaq; semidiametros trium superficierum æquatoris dico, horizontalis horologij & verticalis reperias, descriptisq; circulis sese contingentibus ducas lineam contingentem circulos, & dividas quadrantem circuli à semidiametro æquatoris descripti in partes sex æquales, & è centro per sectiones peripheriæ rectas lineas producas, dum secent lineam contingentem. & è centris circuli horizontalis & verticalis rectas lineas producas ad sectiones lineæ contingentis, hæ dividunt circulum horizontalem & verticalem in intervalla horis sex correspondentia, quæ postea in alterum quadrantem commodè transferri possunt, & in reliquum semicirculum si opus sit. Inventes has diametros triangulo rectangulo composito, cuius

unus

unus angulus sit æqualis latitudini dati loci, & alter ipsius complemento, in hoc enim hypothenusa axem mundi repræsentabit, & recta quæ angulo polaris elevationis adjacet, semidiametrum horizontalis horologij, reliqua vero verticalis horologij semidiametrum. Quod si ab angulo recto ducas perpendicularem in hypothenusam, hæc respondebit æquatoris semidiametro, hic enim ipsi axi ad angulos rectos insistit. Aut in solo triangulo rectangulo, cujus alter angulorum qui ad hypothenusam, est æqualis poli elevationi dati loci, ipsa hypothenusa semidiametro horizontalis horologij, recta vero subtendens angulum elevationis polaris, semidiametro æquatoris serviet. Facile autem has semidiametros reperies descripto quadrante, eo in 90. partes diviso: producta enim è centro linea recta ad terminum arcus elevationis polaris, ab eo dimissa perpendiculari in semidiametrum, quæ sinus est rectus altitudinis poli, ipsa semidiameter quadrantis, futura est semidiameter tui horologij horizontalis, sinus vero rectus, semidiameter æquatoris. Quod si autem in quovis puncto semidiametri quadrantis, quæ ducitur ad terminum arcus altitudinis æquatoru, lineam producas, quæ semidiametrum dictam secet ad angulos rectos, ea producta in

semidia-

ſemidiametros quæ quadrantem claudunt, trium horologiorum ſemidiametros tibi aperiet; Quæ enim inter centrum quadrantis & lineam ductam intercipitur, æquatoris eſt ſemidiameter, reliquæ duæ à reliquis duabus diametris reciſæ, ſemidiametri ſunt circuli verticalis & horizontalis horologij, ipſa autem linea quæ ſemidiametro ad angulos rectos ducitur, axis eſt mundi. Sit evidentioris demonſtrationis gratia quadrans CB in partes 90. diviſus, & arcus altitudinis æquatoris Roſtochij qui eſt partium 36. ſit DB, producatur recta AD, & dimittatur in AC perpendicularis DE, eſt DE ſemidiameter æquatoris,



Et

& AD semidiameter horizontalis horologij. Quod si in A D punctum quodvis sumas ut G, ab eoq; producas lineam H G L, quæ secet AD ad angulos rectos, dabit hæc tres semidiametros A G æquatoris, H A horologij verticalis, A L horizontalis.

Ducta itaq; linea recta λ ε, sumptoq; in ea puncto γ, & resecta γ α ipsi A G æquatoris semidiametro æquali, & γ δ ipsi H A semidiametro



horolo-

horologij verticalis, & γ ζ ipsi AL semidiametro horizontalis horologij si describas centro α intervallo α γ, & centro δ. intervallo δ γ & centro ζ, intervallo ζ γ, circulos, ducasq; rectam lineam in puncto γ, ipsi λ ε ad angulos rectos quæ sit β α. contingentem descriptos circulos: semicirculum vero ab α γ descriptum feces in partes 12. æquales, aut circuli quadrantem in sex, ductis semidiametris per sectiones peripheriæ usq; ad lineam contingentem, rectæ è centris reliquorum duorum circulorum ad sectiones lineæ contingentis productæ, divident circulos horologij verticalis, & horizontalis in partes, quæ horis in hisce superficiebus respondent, ut ex ipsa descriptione patet. Hæc eo nomine inservimus, ut horariorum circulorum usus pateat.

De longitudine, latitudine, declinatione, & ascensione cùm recta tùm obliqua, & ascensionali differentia stellarum.

Stellæ longitudo, est arcus zodiaci, à verna sectione æquinoctialis circuli & ecliptica, usq; ad stellæ locum in zodiaco, numeratus. Definitur autem stellæ locus in zodiaco circulo magno, qui traducitur

per polos zodiaci, & ſtellam: Sectio enim communis huius circuli & zodiaci, locum ſtellæ demonſtrat in ecliptica.

Latitudo autem ſtellæ eſt arcus circuli, qui per polos zodiaci & ſtellam deſcribitur, interceptus inter ſtellam & eclipticam. Hæc eſt ſeptentrionalis, cum ſtella ab ecliptica vergit verſus polum zodiaci ſeptentrionalem: Meridionalis verò, ubi ab ecliptica recedit verſus polum auſtrinum. Porrò cum ſtellæ fixæ moveantur ab occaſu in ortum, ut à Ptolemæo lib. μεγάλης συντάξεως 7. demonſtratum eſt, longitudines mutari eſt neceſſe: Latitudines verò deprehenſæ ſunt ſemper eædem, quod motus ipſarum proprius, circa polos zodiaci fiat, & deſcribant circulos parallelos ipſi eclipticæ.

Declinatio ſtellæ, eſt arcus meridiani inter ſtellam & æquatorem comprehenſus, quæ ſi in boream ab æquatore deflectat, eſt borealis. Sin in auſtrum, auſtralis appellatur. Ex declinatione ſtellæ facile eſt perſpicere, quæ ſtellæ ſint verticales: quæ neq; occidant, neq; oriantur. Quarum ſtellarum declinationis complementum eſt æ-

quale elevationi poli, hæ stringunt horizontem. Quarum verò minus, hæ perpetuo supra horizontem versantur, aut infra delitescunt. Quarum declinationis complementum poli elevatione majus est, hæ oriuntur & occidunt: Cuius stellæ declinatio æqualis est latitudini loci, hæc est verticalis. Ascensio recta stellæ arcus est æquatoris à verna intersectione numeratus, qui cum stella in horizonte recto oritur, aut ad meridianum pervenit.

Obliquæ stellæ ascensio arcus est æquatoris è verna intersectione numeratus, qui cum stella in horizonte obliquo oritur.

Differentia verò ascensionalis est segmentum æquinoctialis circuli, quo differunt ascensio recta & obliqua datæ stellæ, aut alterius cujuscunq; puncti in cœlo dati.

Comprehenditur autem hoc segmentum à sectione æquatoris. & horizontis obliqui, & sectione æquatoris eiusque circuli magni, qui per polos mundi & stellam, sive aliud quodvis punctum, quod in horizonte sit positum traducitur, Ut enim stella, aut aliud quodvis datum cœli punctum, & punctum æquinoctialis, quod una

na vel oritur vel occidit, simul existit in horizonte, sive recto; sive obliquo; Ita circulus magnus per polos mundi, & datum cœli punctum descriptus, secat æquatorem in puncto, quod una oritur, occiditve in horizonte recto, aut simul ad meridianum cum dato puncto pervenit.

Differentia autem hæc ascensionalis æqualis est dimidiato excessui vel defectui, quo segmenta parallelorum, quæ ab horizonte rescinduntur supra finitorem, differunt à semicirculo. Cognita recta ascensione solis, tabula rectarum ascensionũ dabit punctum ecliptícæ, cui talis ascensio debetur, cũ quo ad meridianum Stella pervenit.

Tempus quo stella ad cœli medium evehitur, patefit; subducta ascensione recta loci solis ab ascensione recta stellæ: Arcus enim relictus in horas conversus, aperit tempus quo stella meridianum occupat. Quod si à recta stellæ ascensione differentiam ascensionalem demas, declinante stella in septentrionem, aut eidem addas, cum ab æquatore in meridiem deflectit, nascetur obliqua stellæ ascensio: Punctum ecliptícæ in tabula obliquarum ascensionum respon-

dens, est id quod cum stella proposita in horizonte obliquo oritur.

Descensio verò habebitur, addita differentia ascensionali rectæ ascensioni, ubi declinatio stellæ fuerit septentrionalis, aut hac subducta, cum australina stellæ declinatio fuerit. Huic descensioni si addas semicirculum, & ex tabula obliquarum ascensionum elicias punctum ecliptícæ ascendens: punctum ecliptícæ huic oppositum est id quod cum dato arcu æquatoris descendit.

Hanc differentiam ascensionalem, si addas quadranti circuli, stella in septentrionem declinante, aut eandem subtrahas, cum in meridiem ab æquatore declinat, prodibit dimidium eius arcus, qui à stella supra horizontem describitur. Cuius duplum in tempus conversum dabit stellæ moram supra horizontem. Quam si subducas ab horis 24. orietur tempus, quo sub horizonte delitescit: Quod si tempori, quo ad meridianum pervenit, addas dimidium temporis, quo supra horizontem versatur, tempus occasus nascetur: cui si tempus quo sub horizonte stella latet, addatur, tempus quo stella oritur, cognoscetur.

Quod

Quod si ascensionem obliquam unius stellæ auferas ab alterius ascensione obliqua in data regione, nascetur temporis intervallum inter duos exortus. Id intervallum à toto circulo subductum, tempora dabit, inter ortum posterius orientis stellæ, & exortum stellæ ortu suo præeuntis interjecta. Haud alia ratione tempus interjectum inter duos stellarum occasus, ex descensionibus obliquis stellarum invenies.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Vt cum palilicij declinatio sit 15. g. 53. m. ex canone diff. ascen. deprehenditur differentia ascensionalis palilicij, sub latitudine 54. g. partium 23. 3. m, qua subducta à recta ascensione 62. g. 46. m. (quoniam declinatio septentrionalis) nascitur obliqua ascensio 39. g 43. m. quæ in tabula obliquarum ascensionum, dabit punctum eclipticæ, cum quo oritur Rostochij, 16. g. 13. m. II. Eandem differentiam ascensionalem adde ascensioni rectæ, prodibit descensio obliqua palilicij 85. g. 49. m. Cui adjecto semicirculo, prodit arcus 265. partium 49. m. Cui in tabula obliquarum ascensionum respondet 28. g 19. m. Scorpij, cui opponitur 28. g, 19. m. Tauri. Differentia ascensionalis 23. g. 3. m addita quadran-

ti (est enim declinatio sep.) dat dimidium arcum, quem stella supra horizontem conficit, partium 113. 3. m. totus itaq; arcus, quem supra horizontem describit, est 226. g. 6. m. Horarum verò 15. & scrupulorum 4. Arcus igitur, quo sub horizonte delitescit, horarum 8. scrup. 56. Sole 24 g. Capricorni tenente venit ad meridianum hora. 8 scrup. 28. Est enim recta solis ascensio 295 g 54 scr. 54 Ipsius verò palilicij, 62. g. 46. min Subducta recta Solis ascensione ab ascensione recta stellæ, relinquitur arcus partium 126. scrup. 52. qui in horas conversus, ostendit horam, qua meridianum pervenit octavam, & scrup. 27 Huic additum tempus dimidium quo supra horizontem versatur horarum 7 scrup. 32. nascitur tempus occasus hora 16. à meridie vel 4. post mediam noctem: hanc horæ octo cum scr. 56. adjectæ, quæ tempus, quo sub horizonte latet comprehendunt, ostendunt tempus ortus scrupulorum 56, à meridie. Et cum ascensio obliqua palilicij sit Rostochij partium 39. scrup. 43. Ipsius verò Reguli partium 126. scr. 20. arcus æquatoris inter duos ortus interjectus erit partium 86. scr. 37. Inter ortum verò Reguli & palilicij, tempora intercipientur 273 scr. 23. Sic descensio obliqua palilicij cum sit temporum 85, scr.

scr. 49 Ipsius verò Reguli descensio obliqua temporum 165 scr. 52. Erit differentia temporum 80. scrup. 3. totidemq; temporibus serius occidit Regulus, palilicio.

Cum stellæ inerrantes, non solum motu primo ab ortu in occasum ferantur, sed motu proprio in consequentia promoveantur, super zodiaci polis, perspicuum evadit, declinationes stellarum, & ascensiones mutari, quare & puncta ecliptica cum quibus oriuntur occidunt q; Et quæcunq; in quadrante zodiaci verno consistent, earum declinationes augebuntur, quæ verò in æstivo, hæ declinationem consequuntur minorem. Sic quæ quadrantem autumnalem tenent, declinationes augent, imminuunt autem, quæ in quadrante sunt hyberno. Regulum qui in quadrante est æstivo (cuius latitudo ab ecliptica est 10 scrupulorum primorum) Timocharis deprehendit declinare in boream partibus 21. cum triente. Hipparchus eo posterior, partibus 20. cum besse. Ptolemæus partibus 19. cum semisse & triente, quæ hodie 13. g. 51. m. declinat. Similem mutationem in alijs animadvertere licet.

DE ORTU ET OCCASU Syderum.

VEteres tradiderunt duplices ortus & occasus syderum: matutinos & vespertinos, utrosq; distinxerunt in veros & apparentes. Matutinus dicitur exortus verus, cum sydus eodem momento quo sol emergit, hunc Græci ἀνατολὴν ἑῴαν: Vulgo ortum Cosmicum nominant. Occasus matutinus verus, cum sydus oriente sole occidit: Græcis est Δύσις ἑῴα vulgo Cosmicus occasus Vespertinus exortus verus est, cum stella est in ortu, sole occidente. Græcis ἀνατολὴ ἑσπερία, & ἀκρονυκτὸς ἀνατολὴ dicitur, vulgo exortus Acronychus. Occasus vespertinus verus est, ubi stella cum sole occumbit: Græcis δύσις ἑσπερία & occasus Acronychus. Tempora ortus occasusq; veri definiuntur signiferi locis cum quibus stella oritur vel occumbit In ijs enim gradibus cum sol fuerit, oritur stella ortu matutino, aut vespertinum habet occasum. Sin oppositum gradum sol teneat ei gradui cum quo oriebatur ortu matutino, stella orietur ortu vespertino. Occasu vero matutino, occumbet, cum sol occupabit gradum oppositum ei cum quo occidebat, occasu vespertino, Stellæ quæ in

. ecli-

ecliptica situm habent, cum ijsdem oriuntur occidunt q; ecliptic æ partibus. Quæ ab ecliptica deflectunt in Boream (in hemisphærio septentrionali degentibvs) cum priore ecliptic æ gradu oriuntur, quam occidunt. Quæ autem latitudinem habent australem, hæ cum priore gradu occumbunt, quam emergunt.

Est q; hoc loco ecliptic æ gradus prior, qui ante alterum oritur occidit ve. Quod autem cum ijsdem ecliptic æ punctis nonnullæ stellæ oriantur occidant q; : aliæ cum priore, posterioreve gradu oriantur quàm occidant; à diversitate situs stellarum quem in ecliptica, aut extra ecliptic am, versus boream, austrumve habent, nascitur. Ab ipso autem solis proprio motu ortuum occasuumq; tam verorum, quam apparentium ratio dependet: dum suo accessu ad loca stellarum, cum quibus oriuntur occidunt ve, vel oriens eas simul evehat, vel occidens una secum trahit. Aut oppositas tenens ecliptic æ partes, easdem dum occidit in ortum, cum oritur in occasum urget. Sic stellas accedens, luminis sui fulgore tegit, quas rursus suo recessu in conspectum dat:

&

& siderum emersum, sive ortum apparentem matutinum efficit. Est enim sideris ortus apparens matutinus cum diluculo, ante solis ortum, ob solis ab eo remotionem, primo apparere incipit. Occasus vespertinus apparens, cum post solisoccasum, ob solis accessum stella non amplius cernitur.

Cum autem in ecliptica stellæ existentes, cum ijsdem eclipticæ partibus vere oriantur, occidantq;, perspicuum est harum stellarum vespertinum occasum apparentem, præcedere earum matutinum apparentem ortum; totoq; eo tempore, quod est ab occasu vespertino sideris apparente, ad matutinum ejusdem emersum latere. Idem usu venit instellis quæ latitudinem habent australem, quum enim cum priore eclipticæ gradu occidant quam oriantur, necessario occasum apparentem sequitur ortus apparens totoque eo tempore latebunt, ut in stellis quæ in ecliptica consistunt, evenit. Quæ ab ecliptica deflectunt in boream, sunt quæ eodem die ortum & occasum habent apparentem aliquæ occasum adparentem habent priorem ortu apparente, aliæ emersum priorem apparente occasu. Ut autem stellæ primum appareant

reant in ortu, quæ ob solis vicinitatem, nimio eius lumine tegebantur. Aut primum occultentur in occasu, quæ ob justam solis à stella remotionem prius erant conspicuæ, oportet aliquo intervallo solem sub horizonte positum á stella removeri. Hoc autem intervallum si unum in stellis eiusdem magnitudinis erat statuendum, non poterat id in ecliptica sumi. Nam ob ecliptice varias inclinationes ad finitorem cum in eodem horizonte, tum maxime in diversis latitudine differentibus, non poterant in eadem sphæræ obliquitate stellis eiusdem magnitudinis: neq; eidem stellæ, in locis differentibus latitudine, æquales ecliptice apparitionis, occultationisve arcus competere. Quo enim maior est inclinatio ecliptice ad horizontem, eo arcum ecliptice qui inter punctũ ecliptice quod cum stella oritur occiditve & solem continetur, (quando stella primum apparet, aut occultatur) maiorem esse necesse est. Hanc varietatem animadvertens Ptol. universales statuit limites apparitionis, occultationisq; penes cujusq; sideris magnitudinem. Qui stellis eiusdem magnitudinis

ad o

ad omnem ſtellarum latitudinem, quem cunq; in zodiaco obtineant locum, convenire poſſet. Definiuntur hi limites arcubus ſubterraneis circuli verticalis, qui initio apparitionis occultationisq; ſtellarum, inter ſolem & horizontem intercipiuntur. Quarum cum non ſit una magnitudo neq; claritas, non in eadem diſtantia ſolis ab horizonte latebunt, vel apparebunt. Verum maiores & majore luminis fulgentes copia, minorem viſionis arcum deſiderant; minores obſcurioreſq; maiorem requirunt. Hunc arcum Ptol. in ſtellis fixis primæ magnitudinis, 12. conſtituit graduum: ſecundæ 13. tertiæ 14. quartæ 15. quintæ 16. Sole enim partibus 18. circuli verticalis ab horizonte remoto, crepuſculum fit, ſub cuius principium, etiam ſub obſcuræ ſtellæ incipiunt apparere, ut in ipſo diluculo occultari.

Porro planetæ ut appareant vel occultentur, cum ob corporis magnitudinem, tum ob lucis copiam, minorem arcum verticalis circuli qui inter ſolem & horizontem intercipiatur, requirunt.

Saturnus 11. *Iupiter* 10. *Mars* 11 *cum ſemiſſe. Venus* 5. *Mercurius* 10 *graduum intervalle in conſpectum prodit.* ΣΧΟ.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Syderum ortus occasusq́, tàm veros quàm apparentes cognoscere, plurimum interest, ad poetarum, historiæ, scriptorum de agricultura intelligentiam, quoniam rerum gestarum, arationis, sationis, messisq́ tempora, syderum ortu & occasu sæpenumero describuntur. Veteres quoq́ quatuor anni temporum distinctionem hinc sumpsere: & tempestates mutationesq́ aëris in ortum occasumquè syderum verum vel apparentem magna ex parte cadere, tradiderunt. Vide Plinium lib. 18. cap. 25. & subsequentibus usq́ in 32. Matutinos exortus & vespertinos occasus veros indicant loca ecliptica cum quibus stella oritur occiditvè. Occasus verò matutinos & vespertinos exortus veros ostendunt loca in ecliptica ijs opposita: Occasum matutinum, is qui matutino exortui: vespertinum exortum qui vespertino occasui opponitur. Ortus matutini, & vespertini occasus veri stellarum quæ situm habent in ecliptica, in idem ecliptica punctum incidunt. Itidem verus ortus vespertinus, cum matutino occasu vero. Stellæ autem quæ latitudinem habent australem, primum vespertinum occasum habent, hinc ortum matutinum, quem consequitur matutinus occasus, hunc postremo ortus vespertinus. Quarum verò latitudo

rudo est borealis, hæ post ortum matutinum, vespertinum habent occasum, quem sequitur ortus vespertinus, hunc matutinus occasus. Vt cor leonis cum mane oriatur & vesperi occidat cum 23 grad. leonis (parum enim ab ecliptica distat) habebit ortum vespertinum & matutinum occasum cum 23. g. Aquarij. Palilicium quod latitudinem habet australem, occidit vesperi cum 28. g. Tauri: oritur cum 16. g. geminorum: occasum habet matutinum cum 28. g. Scorpij, ortum vespertinum cum 16. g. Sagittarij.

Arcturus, cuius latitudo septentrionalis, oritur cum 27. g. virginis, occidit cum 8. g. Capricorni. Ortum habet vespertinum cum 27 g. Piscium, occasum autem matutinum, sole tenente 8. g. Cancri. Hinc quoq; manifestum est stellas quæ in ecliptica positæ sunt, ab ortu matutino, usq; ad ortum vespertinum ante solem oriri: de hinc usq; ad ortum matutinum solem occidentem subsequi. Quæ ab ecliptica deviant in austrum, occasum vespertinum habent priorem ortu matutino. Et dum sol movetur à punctis ecliptice occasus vespertini ipsarum stellarum, ad puncta ortus matutini earundem, occidunt ante solem & sequuntur eum orientem, totoq; eo tempore latent. Ab ortu autem matutino stellæ incipiunt solem in ortu præire, donec

donec sol pervenerit ad puncta eclipticæ, quæ eis opponuntur cum quibus occidebant, tunc enim occasu matutino occumbent. Et ab occasu matutino usq; ad ortum vespertinum oriuntur ante solem & eundem post occasum sequuntur. Nam totus iste arcus, minus semicirculo distat, tàm à puncto eclipticæ, cum quo oriuntur, quàm ab eo cum quo occidunt. Ab ortu autem vespertino usq; ad vespertinum occasum, solem tàm orientem quam occidentẽ sequuntur: ab utroq; enim ecliptice puncto ortus & occasus veri stellæ, sol minus semicirculo distat.

Porro stellæ quæ ab ecliptica in boream deflectunt, quoniam cum priore eclipticæ gradu oriuntur quam occidunt, ortum matutinum verum, habent occasu vespertino priorem. Ab ortu autem matutino, usq; ad occasum vespertinum, matutinæ simul sunt & vespertinæ, id est solis ortum præcedunt, & ejusdem occasum sequuntur.

Ab occasu autem vespertino, usq; ad ortum vespertinum, ante solem in ortum tantum evehuntur. Ab ortu vespertino usq; ad matutinum occasum, neq; occidunt cum sole, nec ante eum oriuntur sed quamvis veseri ante solis occasum oriantur, mane post ortum solis adhuc in occasu consistunt: quoniam punctum eclipticæ cum quo oriebantur, præcedebat punctum occasus. Ab occasu matutino usq;

no usq; ad matutinum ortum, solem in occasum tantum sequuntur. Quod autem stellæ quæ latitudinem habent septentrionalem, cum priore gradu oriantur quàm occidant, hinc disces: Ducito per stellam borealis latitudinis, & polos mundi circulum magnum, qui eclipticam quoq; secabit. Posita stella in horizonte ortivo, perspicum est sectionem circuli magni cum ecliptica, fore infra horizontem, & punctum ecliptica cum quo stella oritur, eandem sectionem præcedere. Eadem stella in occasu statuatur, erit rursus sectio communis infra horizontem: & punctum ecliptica, quod cum stella occumbit, sectionem sequetur. Contrà evenit in stellis latitudinem australem habentibus Posita enim stella in horizonte ortivo, & occiduo, sectio circuli magni & ecliptica est supra horizontem, ob id punctum ecliptica quod cum stella exurgit, est sectione posterius: Id autem quo cum occidit, est eadem sectione prius. Palilicij latitudo est Australina 5 g. 10. m. oritur cum 6 g. 13. m Geminorum: occidit, cum 28 g. 18. m. Tauri: Arcturi latitudo est septentrionalis, oritur cum 27. gradu Virginis, Occidit cum 8 Capricorni. Prior gradus hoc loco est, qui ante alium oritur, & occumbit. Sic pisces priores sunt Ariete, vel Tauro. Et Cornu Arietis, cum latitudinem habeat septentrionalem,

nalem, oritur cum 23. gra. ♎ occidit cum tertio tauri. Informes juxta caudam Ceti australes, oriuntur cum 15. gr. arietis. Occidunt cum 20. piscium. Apparens ortus quem heliacum nominant, græci ἐπιτολὴν, est, cum stellæ quæ latuerunt ob solis vicinitatem, ejus recessu conspici mane incipiunt. Cum enim sol motum habeat celeriorem quam stellæ fixæ, ejus recessu in conspectum sese dant, accessione autem occultantur, quas vesperi cernere erat. Prius autem necesse est occidere stellam, quæ in ecliptica est, vespertino occasu apparente, (quem κρύψιν καὶ ἀφανισμὸν appellant græci) quàm emergere: accessu enim ad stellam, prior est ipso à stella recessu. Idem usu venit in stellis quæ latitudinem habent australem, quòd cum priore puncto ecliptica occidant quàm oriantur. A terminis autem apparentis occasus dum progreditur. sol, usq; ad terminos apparentis ortus, latet sidus tàm in ecliptica situm, quam quod ab ea versus austrum deflectit. Quæ autem latitudinem septentrionalem habent, quoniam cum priore ecliptica gradu oriuntur quam occidunt. Nonnullæ apparentem ortum & occasum habent in eodem gradu ecliptica, quem cum sol attigerit, eadem die apparentem ortum & occasum consequuntur, neq; ullo tempore latent. aliquæ

sequuntur rationem ortus & occasus apparentis quam servant stellæ in ecliptica positæ: Aliæ ortum matutinum apparentem priorem habent occasu matutino apparente. Cum enim ut supra est demonstratum, cum priore eclipticæ gradu oriantur quam occidant, locus autem solis in apparente ortu stellæ sit posterior puncto eclipticæ cum quo stella oritur, & prior eo cum quo occidit, fieri potest, ut in eodem eclipticæ puncto sol positus, apparentem stellæ, cujus latitudo est borealis, faciat ortum & occasum eodem tempore: Alias apparentem ortum occasu apparente priorem, alias posteriorem, pro ratione locorum solis, in quibus apparentes ortus & occasus incidunt. Locus enim solis in ortibus stellarum apparentibus potest in aliquibus esse prior loco apparentis occasus, & hic ortus apparens præcedit occasum apparentem. In aliquibus posterior est locus solis apparentis occasus, in quibus occasus apparens ortum apparentem præit. Porro licet stellarum ortus matutini & occasus vespertini apparentes tantum referantur, possumus tamen occasus matutinos apparentes intelligere, cum stellæ in diluculo primum in occasu conspiciuntur. Ortus verò vespertinos apparentes cum stellæ in crepusculo primum in ortu apparent.

Cum

Cum stellarum loca secundum longitudinem mutentur ob motum proprium quo ab occasu in ortum feruntur, non cum ijsdem ecliptica punctis perpetuo orientur & occident, & ob id ortus occasusq; syderum à veteribus descripti, non conveniunt cum ijs, qui hoc tempore animadvertuntur: ut autem veterum scripta rectius intelligantur, subjecimus duas tabulas antiquorum temporibus inservientes, unam ad meridianum Romanum, & Alexandrinum, quæ stellarum fixarum ortus occasusq; complectitur: Alteram, motum solis ad tempora Ptolomæi, in singulos dies continentem; è quibus speciem ortus occasusq;, cujus veteres meminerunt dignoscere non fuerit admodum difficile Cognito autem ortu occasuq; stellæ, locus ecliptica patefiet, ex quo tempus innotescit: vel ex ephemeridibus, si ad hæc tempora ortum occasumvo stellarum indagaveris: Vel ex hac tabula motus solis, si ad prisca tempora idem inquisiveris.

Tabula Ortuum & occasuum fixarum stellarum Prütici fcli.

Nomina fixarum Stellarum. Præcipuarum	Alexandriae. ortus		occas.		Romae. ortus		occas.	
	S	P	S	P	S	P	S	P
Caput Arietis	♈	26	♎	9	♈	22	♎	9
Capella	♈	21	♊	6	♈	25	♊	24
Hedi	♈	27	♉	29	♈	10	♊	5
Pleiades	♈	28	♉	4	♈	26	♉	4
Hyades & Pahlicium	♉	9	♉	11	♉	21	♉	10
Caput gemin. praec.	♊	15	♋	0	♊	20	♋	4
Caput gem. sequen.	♊	22	♋	1	♊	19	♋	4
Humerus dexter Or.	♊	17	♉	26	♊	22	♉	22
Cingulum Orionis	♊	19	♉	19	♊	27	♉	14
Sinister pes Orionis	♊	19	♉	12	♊	29	♉	6
procyon	♋	9	♊	20	♋	14	♊	16
praesepe	♋	11	♋	11	♋	10	♋	10
Asini	♋	28	♋	16	♋	11	♋	17
Canis mator	♋	14	♊	0	♋	22	♉	22
Hydræ lucida	♌	7	♋	12	♌	12	♋	5
Cor leonis	♌	4	♌	5	♌	4	♌	6
Cauda leonis	♌	22	♍	11	♌	20	♍	21
Vindemiator	♍	14	♎	8	♍	10	♎	19
Spica	♍	27	♍	24	♍	27	♍	22
Corvus	♍	16	♌	14	♍	18	♌	14
Corona	♎	7	♐	14	♍	27	♑	2
Lanx Meridionalis	♎	18	♎	19	♎	19	♎	9
Lanx Borealis	♎	20	♏	3	♎	19	♏	10
Arcturus	♍	22	♏	14	♍	15	♐	5
Fidicula	♏	15	♒	22	♎	27	♒	2
Spondylus Scorpii	♏	25	♏	28	♏	29	♎	14
Serpentarius	♏	3	♏	25	♎	29	♐	2
Cor Scorpionis	♏	14	♏	8	♏	15	♏	5
Gallina, cygnus	♐	12	♎	29	♐	6	♒	8
Aquila	♐	16	♑	19	♐	10	♑	26
Delphinus	♐	29	♒	8	♐	19	♒	15
Piscis Australis	♒	13	♓	0	♒	12	♓	2
piscis Borealis	♓	12	♈	2	♓	4	♈	2

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0192
DFG

Tabula continens Solis notum ad fastos prisci seculi, hoc est, ad anni dies & menses.

Dies m.	Jan. ♑	Feb. ♒	Mar. ♓	Apr. ♈	Mai. ♉	Iuni. ♊	Iulij ♋	Aug. ♌	Sept. ♍	Oct. ♎	Nov. ♏	Dec. ♐
	G	G	G	G	G	G	G	G	G	G	G	G
1	16	17	15	15	14	14	12	12	13	12	14	14
2	17	18	16	16	15	15	13	13	14	13	15	15
3	18	19	17	17	16	16	14	14	15	14	16	16
4	19	20	18	18	17	17	15	15	16	15	17	17
5	20	21	19	19	18	18	16	16	17	16	18	18
6	21	22	20	20	19	18	17	17	18	17	19	19
7	22	23	21	21	20	19	18	18	19	18	20	20
8	23	24	22	22	21	20	19	19	20	19	21	21
9	24	25	23	23	22	21	20	20	21	20	22	22
10	25	26	24	24	23	22	21	21	22	21	23	23
11	26	27	25	25	24	23	22	22	23	22	24	24
12	27	28	26	26	25	24	23	23	24	23	25	25
13	28	29	27	27	26	25	24	24	25	24	26	26
14	29	X	28	28	27	26	25	25	26	25	27	27
15	♒	♓	29	29	28	27	26	26	27	26	28	28
16	1	2	♈	30	29	28	27	27	28	27	29	29
17	2	3	1	♉	30	29	28	28	29	28	30	♎
18	3	4	2	1	♊	30	29	29	30	29	♍	2
19	4	5	3	2	1	♋	30	30	♌	♏	2	3
20	5	6	4	3	2	1	♌	♍	1	2	3	4
21	6	7	5	4	3	2	1	2	2	3	4	5
22	7	8	6	5	4	3	2	3	3	4	5	6
23	8	9	7	6	5	4	3	4	4	5	6	7
24	9	10	8	7	6	5	4	5	5	6	7	8
25	10	11	9	8	7	6	5	6	6	7	8	9
26	11	12	10	9	8	7	6	7	7	8	9	10
27	12	13	11	10	9	8	7	8	8	9	10	11
28	13	14	12	11	10	9	8	9	9	10	11	12
29	14		13	12	11	10	9	10	10	11	12	13
30	15		14	13	12	11	10	11	11	12	13	14
31	16		15		13		11	12		13		15

Ex his tabulis, si conijcere velis tempora à veteribus per ortus occasusvè syderum descripta, aut ex tempore dato, ortus occasusvè speciem colligere: sic agito. Si quando tempore definito, ortus occasusvè meminerint, quærendum est ex tabula locus solis ad datum tempus, is conferri debet cum parte signiferi quæ cum stella oritur, vel occidit, quam dabit altera tabula: si enim sol occupet gradum, cum quo oritur, vel occidit stella: aut ortus cosmicus, aut occasus acronychus exprimitur: Sin oppositum sol locum teneat, de occasu matutino, sive cosmico, aut ortu vespertino, sive Acronycho, agit. Si aliquot partibus præcedat, aut subsequatur gradum quo cum stella oritur occiditvè. Heliacus ortus aut occasus intelligitur. Si autem tempus ex ortu occasuvè syderis descripto colligi debet, ex tabula gradus eclipticæ cum quo stella oritur. occiditvè ecliciendus, quo cognito, locus solis patefiet, qui tempus, ab authore descriptum, aperiet. Exemplis aliquot illustremus ex Georgicorum lib. primo desumptis.

Præterea (inquit) tam sunt Arcturi sydera nobis,
Hædorumq́, dies servandi & lucidus anguis
Quam quibus in patriam &c. Oritur *Arcturi* sydus, ut refert Plinius cap. 47. lib. 2. diebus 11. ante æquinoctium. quod sine procellosa grandine, non emergit ut cap. 39. ejusdem lib. declarat. Et

lib.

lib. 18. cap. 28. tradit tempestates ab horridis exire, veluti Arcturo, Orione, & Hædis, quos suo exortu tempestates ciere prodidit lib, secundo, & Aratus agens de Erichthonio idem de Hædis prodidit, qui tam vespertino exortu, quam matutino occasu tempestates concitare solent. Vt ex Chylonis epistola quoq; perspicuum fit. Et eodē lib. Candidus auratis aperit cū cornibus annum
Taurus & adverso cedens canis occidit astro:
loquitur de occasu canis vespertino, qui incidebat cū 22 g. tauri ut tabula docet. Peradversū astrū forte scorpiū significat, quitūc oriebatur ortu vespertino, cū occideret canis vespertino occasu. Et eodē loco.

Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur
Gnosiaq; ardentis decedat stella coronæ
Debita quam sulcis committas semina.

Cum dicat Atlantides Eoas abscondi debere, indicat occasum pleiadum matutinum, quæ cum occidant Romæ vesperi cum octavo gradu tauri, occident occasu matutino, sole quartum gradum scorpij tenente, quod evenit 22. Octobris, quando semina terris mandari jubet.

Cumq; tunc Gnosiam stellam decedere dicat, facile perspicitur ortum apparentem matutinum intelligi debere. Gnosia enim stella corona, Romæ oriebatur cum 27. g. virginis. Et paulò post multi ante occasum Majæ capere, scilicet semen-

tem, intelligit procul dubio occasum Pleiadum matutinum sole quartum gr. Scorpij tenente: incidit in 22 diem Octobris. Item. Haud obscura cadens dabit tibi signa Bootes, occasu scilicet matutino. Seritur enim vicia vetera.

Vt cum veteres in locis, qui parallelo Hellespontico subjacent, initium æstatis statuunt ortum Vergiliarum, quas Romæ oriri cum 26 gradu Arietis docet tabula, non incidet æstatis principium in ortum matutinum Pleiadum, sed in Heliacū ortū.

Principium verò autumni ad Arcturi ortum matutinum sive cosmicum referendum est. Hyemis verò principium, à vergiliarum occasu matutino sumendum est. Hinc colligere possumus, quatuor anni tempora veteribus non fuisse æqualia.

Arcus distantiæ Solis in ecliptica, à puncto cum quo oritur occiditvè stella, ut primum appareat, occulteturvè sydus Heliace, hunc in modum deprehenditur: Ptolemæus enim censuit stellas primæ magnitudinis in horizonte positas, tunc primum conspici in ortu, aut in occasu postremum apparere, cum sol sub horizonte, in circulo verticali partibus 12 constiterit. Cum autem circulus verticalis faciat angulos rectos cum horizonte, & angulus quem facit intersectio ecliptica cum horizonte, in punctis quæ cum stella oriuntur, occiduntve, notus sit ex

sit ex tabula hic posita, cognitumq; sit arcus circuli verticalis inter horizontem & solem comprehensus (est enim in stellis primæ magnitudinis partium 12.) minimè latebit arcus zodiaci, qui obijcitur angulo recto, inter solem & punctum eclipticæ cum quo stella oritur, clausus. Sit meridianus α β δ ζ, horizon α υ ε λ, zodiacus β γ δ, polus horizontis ζ, & sit stella in υ, quæ oriatur vel occidat cum puncto eclipticæ ε, quæritur arcus eclipticæ minimus quo sol debet ab ε distare, ut stella in horizonte conspiciatur: Describo arcum circuli magni ζ γ per polos horizontis, ut inter horizontem & zodiacum, intercipiatur arcus apparitionis stellæ, qui sit τ γ. Quoniam igitur trianguli ζ γ ε, angulus ζ est rectus: Erit ea ratio sinus anguli intersectionis horizontis & eclipticæ, qui ex tabula innotescit, ad sinum totum: Quæ est sinus recti arcus apparitionis τ γ ad sinum R. arcus γ ε, qui inter punctum eclipticæ quod cum stella exoritur, & punctum in quo solem consistere est necesse, ut stella primum appareat, intercipitur. Hunc itaq; si auferas ab arcu cum quo occidit, aut illi addas, cum quo exoritur, nascetur eclipticæ punctum, in quo sol cum fuerit, stella primum apparere in ortu aut postremò conspici in occasu incipiet. Palilicium stella est primæ magnitudinis, quæ oritur cum 16. g 13



m. Geminorum. Angulus intersectionis ecliptica cum horizonte, est 22. g. 49. m. eius sinus rectus est part. 38778. qui se habet ad Sinũ totum 100000, ut sinus rectus 20791, arcus τ γ, apparitionis, qui est graduum, 12. (Est enim stella primæ magnitudinis) ad S. Rectum arcus ecliptica γ ε. Innotescet igitur, tribus iam notis, sinus rectus arcus γ ε. qui invenitur partium 53615. Cuius arcus γ ε, est 32. g. 25 m. quem si addas 16 g. 13. m. geminorum, proveniet 18. g. 38. m. cancri, in quo dum sol fuerit, emerget Palilicium ex radijs solaribus, & apparere incipiet.

Occidit Palilicium cum 28. g. 18. m. Tauri. Angulus intersectionis horizontis & ecliptica est 43. g. 32. m. eius sinus rectus est partium. 68877, qui

qui ad sinum arcus 12. graduum apparitionis, partium 20791. eam habet rationem, quam sinus totus 100000, ad sinum arcus eclipticæ, inter stellam in horizonte positam, & solem cum primum incurrere in radios solis incipit, & è nostro aspectu auferri. Reperitur autem sinus rectus part. 30185. cuius arcus est g. 17. m. 34, quo dempto à g. 28. m. 18. relinquetur 10. g. 44. m. Tauri, in quo cum sol fuerit, extremum limitem occasus apparentis attinget, nec deinceps post solis occasum conspicietur. A decimo autem gradu & 44. minuto Tauri, usq; in 8 g. 38. m. ♋. dum sol progreditur, stella radijs solaribus tegitur, & toto eo tempore latet.

Quod si ad alia tempora & aliam locorum latitudinem, quibus tabulæ hoc loco positæ non inserviunt, ortus occasusq; stellarum, tam veros quàm apparentes dignoscere velis, locus stellarũ ad datũ tempus reducatur & ex latitudine, longitudineq; syderis, quæ id temporis est, investigetur declinatio & ascensio recta stellæ. Deinde ad latitudinem dati loci, ortus occasusq; stellæ indagetur. Positum sit, Pleiadum ortũ occasumq; tempore Hesiodi, Ascreæ juxta Heliconẽ, quæ latitudinẽ habet part. 38. aperire. Pleiadũ latitudinẽ statuemus partium quinq; quæ hisce temporibus tenent. 24. gradum ♉. Cum inter Hesiodi tempora & nostra interceserint

anni

anni propè 2380, quibus, 32. partes ferè progressa sunt, patet Hesiodi seculo 22 gradum Arietis tenuisse. Cum autem latitudinem habeant septentrionalem, partium quinq;, Ascreæ orientur cosmicè cum 12 g. 51. m. ♈. occident acroniche, cum 23. g. 21. m. ♈. Et sole in 7. gradu ♈. constituto, occasum habebunt heliacum. Emergent ex radijs solaribus, sole 18 gradum Tauri tenente. Latebunt dies prope 43. Cum autem hoc tempore sol. 13. gradum ♈. ingrediatur 23. die Martij: & ob intercalationis excessum, sol hisce temporibus citius zodiaci signa ingrediatur diebus prope 19. patet ortum pleiadum matutinum, incidisse in diem 11. Aprilis: occasum autem vespertinum in 22. diem aprilis: Occasum Heliacum in 18. Maij, quando messem inchoandum præcipit. arationem verò cum occidunt occasu matutino. sole 24. g. libræ assequuto.

Tabula

Tabula angulorum signiferi cum Horizonte.

Elevat.	48		51		54		57		Poli.
Zodiac.	Angul		ang.		Ang.		Angul.		Zodiac.
S.	G.	g	m	g	m	g	m	g	m	G	S.
♈	0	18	32	15	32	12	32	9	32	30	
	6	18	36	15	35	12	35	9	35	24	
	12	18	47	15	45	12	43	9	41	18	
	18	19	3	15	59	12	56	9	53	12	
	24	19	29	16	23	13	18	10	13	6	♓
	30	20	5	16	56	13	45	10	13	30	
♉	6	20	48	17	34	14	20	11	2	24	
	12	21	41	18	23	15	3	11	40	18	
	18	22	43	19	21	15	56	12	26	12	
	24	24	2	20	41	16	59	13	20	6	♒
	30	25	26	21	52	18	14	14	26	30	
♊	6	27	5	23	11	19	42	15	48	24	
	12	28	26	25	15	21	25	17	23	18	
	18	31	3	27	18	23	25	19	16	12	
	24	33	22	29	35	25	37	21	26	6	♑
	30	35	53	32	5	28	6	23	52	30	
♋	6	38	35	34	44	30	50	26	36	24	
	12	41	8	37	55	33	43	29	34	18	
	18	44	13	40	31	36	40	32	39	12	
	24	47	6	43	33	39	43	35	50	6	♐
	30	49	54	46	21	42	43	38	56	30	
♌	6	52	34	49	9	45	37	41	57	24	
	12	55	7	51	46	48	19	44	48	18	
	18	57	26	54	6	50	47	47	24	12	
	24	59	30	56	17	53	7	49	47	6	♏
	30	61	17	58	9	54	58	52	38	30	
♍	6	62	46	59	37	56	27	53	16	24	
	12	63	56	60	53	57	50	54	46	18	
	18	64	48	61	46	58	45	55	44	12	
	24	65	19	62	18	59	17	56	16	6	
	30	65	28	62	28	59	28	56	28	0	♎

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0201
DFG

Ab intersectione Verna.	Longit. g.	m	Latitud. g.	m	Declinat. g.	m
Cornu ♈ præcedent.	27	52 ♈	7	20 bo.	17	34 B.
Extremæ caudæ ♈	18	12 ♉	1	50 bo.	19	3 B.
Pleiadum	23	22 ♉	4	30 bo.	23	0 B.
Palilitij	3	52 ♊	5	10 au.	15	55 B.
Humeri dext. orion.	23	10 ♊	17	0 au.	6	21 B.
Humeri sinistri	11	30 ♊	17	30 au.	4	21 B.
Mediæ Balthei	18	30 ♊	24	50 au.	0	44 A.
Pedis sinistri orionis,	10	20 ♊	31	30 au.	9	9 au.
Canis minoris	20	20 ♋	16	10 au.	5	59 bo.
Capitis Castoris	14	32 ♋	6	3 obo.	32	8 bo.
Pollucis	17	42 ♋	6	15 bo.	28	31 bo.
προκυὼς	4	22 ♋	1	30 bo.	21	58 bo.
Syrij	8	50 ♋	39	10 au.	15	52 au.
Præsepis	1	32 ♌	0	40 bo.	20	31 bo.
Reguli	23	42 ♍	0	10 bo.	13	49 bo.
Extremæ caudæ ♌	15	42 ♍	11	50 bo.	16	31 bo.
Arcturi	18	10 ♎	31	30 bo.	21	54 bo.
Spicæ virginis	17	52 ♎	2	0 au.	8	52 au.
Prævindemiatoris	3	22 ♎	15	10 bo.	12	33 bo.
Lucentis Coron. sept.	5	50 ♏	4	43 6 bo.	28	30 bo.
Chelæ australis	9	12 ♏	0	40 bo.	13	58 au.
Chelæ Boreae	13	22 ♏	8	30 bo.	7	46 au.
Cordis Scorpij	3	52 ♐	4	0 au.	24	54 au.
Cuspidis Sagittae	25	42 ♐	6	30 au.	29	55 au.
Aquilæ	25	0 ♑	29	10 bo.	7	32 bo.
Capitis Sagit. media	8	52 ♑	1	30 bo.	21	43 au.
Cornu Capricorni	28	32 ♑	7	30 bo.	13	10 au.
Delphini	12	10 ♒	32	0 bo	13	37 bo.
Dext. humeri clari or	27	32 ♒	11	0 bo.	2	0 au.
Humeri sinistri ♒	17	52 ♒	8	50 bo.	7	5 au.
Dextræ manus bor/	0	52 ♓	10	45 bo.	1	7 au.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0202
DFG

Asc. re.		dif. As.		Ortus		Occasus		ort. heli		oc. hel.	
g	m	g	m	g	m	g	m.	g	m	g	m
23	7	25	50	22	37 ♈	3	15 ♉				
45	12	28	22	11	20 ♉	19	53 ♉				
49	44	35	47	5	15 ♉	28	6 ♉				
62	52	23	7	16	16 ♊	28	26 ♉	18	29 ♋	10	50 ♉
83	44	8	27	18	5 ♋	2	46 ♊				
72	20	5	59	11	10 ♋	23	8 ♉				
79	26	1	1	21	55 ♋	23	12 ♉				
71	59	12	48	25	3 ♋	10	8 ♉				
109	40	8	18	6	40 ♌	22	20 ♊				
107	1	59	51	24	12 ♊	26	33 ♌	25	26 ♑	18	59 ♊
110	7	49	26	7	22 ♋	9	49 ♌	2	53 ♌	16	38 ♊
87	57	33	47	0	56 ♋	25	32 ♊				
97	3	23	2	19	22 ♌	20	11 ♉	4	49 ♍	3	46 ♉
123	56	31	1	0	48 ♌	3	39 ♌				
146	6	19	46	23	35 ♌	24	21 ♌	8	41 ♍	27	1 ♊
171	36	24	6	7	53 ♍	2	0 ♏	22	15 ♍	14	22 ♍
209	12	33	35	27	0 ♍	9	17 ♑	10	59 ♎	16	27 ♐
195	41	12	24	19	8 ♎	8	57 ♎	3	24 ♏	27	15 ♋
189	13	17	50	24	8 ♍	29	32 ♏	10	28 ♎	8	31 ♎
228	54	48	23	0	21 ♎	35	9 ♒				
217	1	20	1	8	41 ♏	11	41 ♏				
223	30	11	49	6	51 ♏	7	33 ♐				
241	1	39	46	9	0 ♐	19	49 ♏	0	20 ♑	26	20 ♍
265	4	52	23	10	37 ♑	7	33 ♐				
291	49	10	29	7	24 ♐	20	52 ♒				
279	32	33	15	5	45 ♑	11	7 ♑				
299	6	18	47	11	6 ♑	5	56 ♒				
305	49	19	29	13	7 ♐	6	23 ♈				
326	3	2	45	24	28 ♑	5	3 ♈				
317	36	9	51	22	37 ♑	24	32 ♒				
329	15	1	33	27	17 ♑	8	40 ♒				

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0203
DFG

DE CREPUSCULIS.

Crepusculum definiunt lucem dubiam, mediam inter diem & noctem. Duo sunt crepuscula. Unum vespertinum quod fit sub vesperam & crepusculi sumpsit appellationem: alterum matutinum, quod sub auroram fit, & aurora sive diluculum dicitur. Hoc accessu luminis solis, alterum ipsius recessu contingit. Globus terrenus totus semper est illuminatus à sole, nisi quantum obtegunt tenebræ, contingentes ex terra in figura pyramidis, quæ est nox. Appareret autem tam id quod à sole illuminatur, quam quod non, sed tenebras continet, similiter visum afficere. Hoc autem efficit subtilitas aeris & tenuitas. Sicut in æthere, ob quam nulla fit radiorum solarium actio, vel reflexio ad nostrum visum, qua illuminatio ad nos deferatur, & ob id tenebris similiter se habet. Nec cessat similis apparentia, donec splendor diluculi & lumen intra superficiem maximi cujusdam circuli verticalis, qui ante diluculum per solem & regionis verticem meat, sparsim incipiat in oriente conspici, cujus principium in superficiem horizontis primum

mum incidet. Huius illuminationis causa non est sol, & radius ipsius tantum, quia & quovis tempore conspici deberent, cum ad æthera pertranseant. Sed tunc solis lumen conspicitur, quoniam incipit incidere in corpus crassius, in quo refractum & reflexum ad horizontem, potuit conspici, & in nostrum aspectum incidere. Cum autem diluculum initium sumat, ubi aërsplendescere incipit, idq; eveniat cum lumen solis ab aere, ob vapores permixtos crassiores, versus horizontem reflectitur, patet non in eadem distantia solis ab horizonte crepuscula semper incidere, quod non una sit semper aëris densioris, sive vaporum à quibus fieri possit radiorum reflexio, altitudo. Quantò enim aër, à quo reflexio luminis solaris ad oculum fieri potest, à terra est remotior, tantò sol magis ab horizonte distat in ipso diluculo. Quò autem propinquior eò sol horizonti propior. Sit enim terra α, circulus magnus terrestris λ θ ν, hujus sectio & horizontis sit βλ. Altitudo vaporum à quibus radij reflectuntur sublimior in ε, humilior in δ, ducantur ab ε & δ contingentes circulum: εν, & δθ, à quibus radij ducantur contingentes circulum εν, & δθ. Cum vapores in ε sublimiores sint, & ob id à terræ superficie magis distent, quam in δ, rectæ εν, & ελ

N contin-

contingentes circulum, majorem arcum circuli inter puncta contactus λ & κ, intercipient, quam



δλ & δθ. Est autem λκ arcus similis ei quo sol infra horizontem positus est, cum incipit radiorum fieri reflexio à vaporibus in ε positis: Arcus verò λθ. cum reflectuntur radij à δ. Sol itaq; ab horizonte plus distat in uno crepusculo, quam altero, & pro ratione distantiæ vaporum ab horizonte, à quibus radiorum Solis fit reflexio, plus minusvè removebitur. Pleriq; tamen distantiam solis infra horizontem in circulo verticali statuunt partium 18. quam nos hoc loco usurpabimus, licet varia sit pro situ vaporum elatiore depreßiorevè, ut est demonstratum. Hac distantia solis partium 18. ab horizonte, pro terminis crepusculorum servata, eorum magnitu-

gnitudinem, tempus quo sol ab horizonte movetur partes 18. infra horizontem. Aut totidem partibus sub horizonte depressus, ad horizontem pervenit. Et diluculum quidem ipsi crepusculo ejusdem diei semper est æquale: quoniam æquales altitudines supra horizontem, depressionesvè sub horizonte antemeridianæ & pomeridianæ ejusdem puncti ecliptiçæ, æqualia habeant temporum intervalla. Æquales autem altitudines depressionesvè dare tempora æqualia, hinc patebit. Sit horizon α β, meridianus κ λ, polus mundi κ, vertex ε, stella vel punctum ecliptiçæ sit in eadem supra horizontem antemeridiem & post meridiem



altitudine ϖ ζ, & θ γ: Hæ subducantur ab ι γ & ι ξ circuli quadrantibus, remanet ι θ ipsi ι π

æqualis Est autem κ π ipsi κ θ æqualis, est enim complementum declinationis paralleli qui à stella describitur, & ς κ utriq; triangulo communis. Ergo angulus ς κ π, æqualis est angulo θ κ ς, hoc est horæ antemeridianæ horis pomeridianis, eas enim anguli ς κ π & θ κ ς æquales continent. Id ipsum quoq; perspicuum evadit cum arcus paralleli, ab horizonte & circulo horizonti parallelo (qui crepuscula definit) in occasu & ortui æquales rescindantur, paria quoq; crepuscula fore, cum sol in punctis ecliptica ab alterutro tropico æquè remotis consistit, quia eundem describit parallelum. Punctis verò æqualiter ab alterutro punctorum æquinoctialium distantibus, inæqualia crepuscula debentur, maiora ijs quæ ab æquatore versus polum elevatum declinant, minora quæ deflectunt ad polum qui deprimitur. Horizon enim & circulus parallelus horizonti, qui crepusculorum est finitor secent utrumq; parallelum, quare communes sectiones sunt rectæ lineæ æquidistantes, per 3. & 4. prop. lib. 11. Eucl. Et utraq; cum ad angulos rectos insistat ipsi meridiano, facient rectum angulum cum parallelorum diametris per 19. lib. 11. quæ sunt communes æquidistantium & meridiani sectiones. Cum autem hæc segmenta utriusq; paralleli inæqualiter distent à centris parallelo

rallelorum, remotioresq; sint à centro sectiones ejus paralleli, qui versus sublimem verticem, sive polum declinat, arcus ejusdem qui intercipitur à communibus sectionibus horizontis & æquidistantis horizonti, qui crepuscula definit, major est arcu alterius paralleli, quem eorundem circulorum sectiones claudunt. Si enim sumantur in circuli diametro segmenta æqualia, quæ inæqualiter à centro distent, & à segmentorum terminis educantur perpendiculares, hæ inæquales peripheriæ arcus intercipient, & majorem arcum quæ à centro sunt remotiores. Et si à terminis æqualium peripheriarum perpendiculares in diametrum ferantur, segmenta centro propiora remotioribus majora sunt. Vt à Theone lib. 1. μεγάλης συντάξεως, cap. 6. Et à Regiomontano in doctrina Sinuum est demonstratum. Manifestum quoq; est, cum sol versatur in hemicyclio zodiaci, quod declinat ab æquatore versus polum qui attollitur punctis propioribus solstitio longiora crepuscula deberi, quod segmenta diametri paralleli remotioris ab æquatore, quæ fiunt ab intersectionibus horizontis & circulo horizonti æquidistante, qui crepuscula definit, magis à centro distent. Remotiorum autem parallelorum centra supra horizontem magis attolluntur, quare communes horum

sectiones cum horizonte ab eodem centro longius aberunt. In locis eiusdem hemisphærij, quæ majorem Latitudinem habent, quacunq; in parte zodiaci sit sol, eodem die longiora crepuscula fient. Quanto enim polus magis attollitur, tanto parallelum obliquius incidere in horizontem, & circulum parallelum horizonti, est necesse: & ob id arcus parallelt ab his interceptos esse majores. Et segmenta diametri paralleli, quæ resecantur à communibus sectionibus horizontis, & ejus qui horizonti æquidistat, crepusculaq; definit cum parallelo, remotiora sunt à centro in eodem parallelo, ubi polus magis elevatur: itaq; majora crepuscula fient. Habitantibus sub æquatore, in punctis quæ æqualiter ab alterutro punctorum æquinoctialium distant, æqualia crepuscula fiunt. In his verò quæ inæqualiter removentur, inæqualia: longioraq; respondent remotioribus punctis ab intersectione æquatoris & zodiaci: breviora autem quæ minus distant. Puncta enim æqualiter ab alterutro puncto æquinoctij remota, æquales describunt parallelos. Et horizon rectus cum per polos parallelorum transeat, secabit omnes per centra, & ad angulos rectos, quare & parallelus horizonti, crepusculorum finitor, eosdem ad angulos rectos secabit, communesq; sectiones

cum

cum sint parallelæ, per 16. lib 11, & æqualibus segmentis diametri à centris æqualium parallelorum removeantur, patet communes sectiones resecturas arcus æquales in parallelis æqualibus, qui cum magnitudinem crepusculorum determinent, perspicuum evadit crepuscula in punctis ecliptica, quæ ab alterutro æquinoctio æquè distãt, esse paria. Cum autem in sphæra recta communes sectiones parallelorum & horizontis, ejusq; circuli qui horizonti æquidistat, resecent æqualia segmenta à diametris omnium parallelorum æquatori, æqualiter à centris distant a: Inæqualium parallelorum communes sectiones,



quæ sunt lineæ rectæ à terminis segmentorum eductæ, auferent arcus inæquales: Sint enim duo circuli paralleli inæquales, λγδ, & ζβπ, quos hic brevioris demonstrationis gratia circa idem centrum constituo, sintq; communes sectiones κδ & αε, æquali segmento ακ, à centris distantes, dico arcus θπ, & δε, esse inæquales, majoremq; θπ. Ducantur à punctis θ, δ, perpendiculares θη & δζ, quæ sunt æquales, quoniam eidem ακ æquales sunt. Æquales autem rectæ, in circulis inæqualibus, subtendunt arcum majorem in circulo minore. Ergo arcus θπ arcu δε major: est autem uterq; quantitas sui crepusculi, ergo crepusculum quod incidit in sphæra recta cum sol ab æquatore longius removetur, majus est eo quod evenit, quum sol in punctis eclipticæ æquatori propioribus consistit: maximumq; incidet in solstitijs, minimum in æquinoctijs. In sphæra autem obliqua maximum crepusculum est, cum sol versatur in eo tropico, qui versus polum sublimem vergit. Minimum autem non in tropico opposito, sed in alio quodam parallelo qui intra tropicum (qui polum depressum respicit) & æquatorem describitur. Hic pro varia latitudine locorum alius & alius est quod communes sectiones parallelorum cum hori-

horizonte, & circulo parallelo finitori, qui crepusculorum terminus est, resecent à diametris diversorum parallelorum segmenta æqualia, inæquaᵇiter à parallelorum centris distantia, ob varium ᶜcentrorum positum, qui variam poli elevationem sequitur. Centra enim parallelorum cum aut inter horizontem & circulum horizonti parallelum, crepusculorum finitorem, consistant; aut partim inter eosdem circulos, partim extra, idq; pro varia locorum latitudine. Segmenta quoq; quæ à diametris parallelorum resecantur ab horizonte, & circulo horizonte parallelo, quibus arcus crepusculorum respondent, inæqualiter à centris distabunt, & ob id inæquales arcus parallelorum, qui continent crepusculorum magnitudines, capient. minimus arcus illi segmento paralleli respondebit, quod centrum medio loco recipit. In sphæra autem rectacum Sol æquatorem tenet ipsæ partes 18. magnitudinem crepusculi definiunt. In alijs autem parallelis, ut se habet semidiameter paralleli, qui à sole ad tempus describitur, ad sinum rectum 18. partium, ita sinus totus, ad sinum rectum arcus magnitu-dinis crepusculi.

LIBER TERTIUS
DE ZONIS.

SUpra inter minores circulos, duorum Tropicorum, & circuli Arctici, Antarcticiq; meminimus. His cœlum in quinq; ſpatia, ſive zonas dividitur, quibus totidem zonæ in terra reſpondent: quas in tellure definiemus, productis è centro terræ ad prædictos cœleſtes circulos zonarum diſtinctores lineis rectis: ſphæra enim circumacta, deſcribentur in terra circuli, qui includant terræ ſpatia, zonis cœleſtibus ſubjecta.

Duobus Tropicis includitur ea, quam torridam nominarunt, quam mediam ſecat æquator: Tropicis, Arctico, antarcticoq; circulis, utraq; temperata comprehenditur: Quicquid ultra Arcticum antarcticumq; verſus polos poſitum eſt, id frigidis zonis cedit.

Hæ autem varietates caloris, frigoriſq; quæ in terræ zonis deprehenduntur, ab obii-

obliquiore directiorve radiorum projectione pendent. Vtrinq; verò ab æquatore æqualiter distantia loca, (quòd similiter radij incidant & reflectantur) temperiem similem caloris, frigorisq; sunt adepta. Est autem torridæ zonæ latitudo, partium 47. quot tropicos distare (qui universam zodiaci obliquitatem intra se claudunt) demonstratum est. Frigidarum verò latitudo partium 23 30 m. quanta est maxima declinatio. Temperatarum autem zonarum quoq; partes 43. in latitudine obtinet. Porro quibuscunq; alter polorum mundi non attollitur supra partes 23. 30, m. hi omnes zonæ torridæ subjacent. Quibus magis elevatur, non tamen excedit part. 66. 30. m, hi temperatam tenent. Quicquid reliquum est, frigidis subijcitur zonis. Supra enim est demonstratum, tantum locorum vertices ab æquatore distare, quantum polus attollitur. Cum autem zona torriida tropicis claudatur. extra quos sol non progreditur, patet sole ab uno Tropico in alium digrediente, & ad eundem redeunte unde digressus est, eorum verticibus, qui zonæ torridæ subjacent, bis in anno (quo tempore nul-

nullas reddent umbras) in meridie incubiturum, cum puncta attinget eclipticæ, quæ eandem habent declinationem, quam ipsa loca. Ab eorundem verticibus utrinq; declinaturum, cum alias eclipticæ partes occupabit, quare umbras tam ad austrum, quã ad septentrionem proijcient, qui περίσκιοι dicuntur. Tropicis autem subjecti semel solem habent verticalem, cum solstitium est aut bruma, cæteris temporibus ab ipsorum verticibus declinat, & umbras in partem oppositam proijciunt. In septentrionem, qui sub tropico Cancri degunt: In austrum, qui tropico Capricorni subjacent.

Zonarum verò temperatarum incolæ, cum extra has metas positi sint, nec sol ad eorum unquam verticem pertingat, in unam plagam tantum umbras dimittent: septentrionales in septentrionem: meridionales in austrum, qui & ob id ἑτερόσκιοι vocantur.

Frigidam autem zonam qui inhabitant, ijs in orbem umbra aliquando circumagitur, cum horis 24, aut majori temporis intervallo, sol non occidat, & in omnes horizontis partes circumagitur, dummotu

primo

primo circumvolvitur: Hi περίσκιοι nominantur.

Porro quibus poli elevatio æqualis est complemento maximæ declinationis, hoc est part: 66. 30. m, his Tropicus uterq; stringit horizontem. His sol in solstitio æstivo non occidit, in hyberno vero non oritur.

Quod si loci latitudo excedat partes 66. 30. m. tũ Sol aliquot diebus æstivis non occumbit, nec brumalibus aliquot supra horizontem emergit: Quam diu enim sol versabitur in ecliptícæ partibus, quarum declinationis complementum minus est poli elevatione, tam diu occasum non sentiet: Quodcunq; enim cœli punctum minore arcu distat à polo nobis sublimi, quám est ipsius supra horizontém elevationis arcus, id occidere nequaquam potest. Unde perspicuum evadit, ijs, quorum verticibus polus mundi insistit, ecliptícæ illud hemicyclium, quod versus polum elevatum vergit semper supra horizontem eminere, altero semper sub finitore depresso, cum æquator sit illis horizon. Quare dum sol in hemicyclio zodiaci, quod est supra horizontem mo

vebitur,

perpetuam fore lucem necesse est: In altero autem dum fertur, tenebras. Hæc hemicyclia zodiaci cum non æquali temporis spacio sol percurrat, verum hoc tempore in septentrionali diutius hæreat, patet lucis spacia tenebrarum magnitudinem superatura.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Quamvis universus globus terrestris in quinq; zonas dividatur, Torridam, temperatas duas, totidem frigidas: Non tamen existimandum est singulas cujusvis zonæ partes, eandem temperiem, intemperiemvè caloris frigorisq; sentire: Verum temperatarum zonarum partes illæ urentur calore, quæ sunt torridæ zonæ conjunctæ, frigore verò prementur, quæ ad frigidam accedunt. Sed inter torridæ zonæ partes non exiguum discrimen: Illas enim quæ prope Tropicos, caloribus magis infestari est verisimile, quòd Sol ijs loc is duobus ferè continuis mensibus sit verticalis: ob partium zodiaci circa solstitia exiguam declinationis differentiam: accedit ad hæc diuturnior mora supra horizontem: Qui vero medium torridæ zonæ obtinent, cùm ob æqualitatem dierum noctiumq;, tum quòd sol ab ipsorum verticibus subitò recedit, ob magnitudinem declina

tionum

tionum, quam partes ecliptica circa intersectiones consequuntur, temperatiore aura frui credendum est. Veteribus quidem creditum fuit desertas regiones torridæ zonæ subjectas, ob immensos æstus. Verum Lusitanorum navigationes sententiam veterum refellunt, dum uberem & omnium rerum fertilissimam tradunt, & hominibus excultam. Poterit tamen torrida appellari, aliarum zonarum collatione: Idem judicium de frigida erit, ad quam Norwegiæ, Suaciæq; non exigua portio spectat, quas vastiores incultioresq; esse censendum est, ob caloris cœlestis, hoc est solis defectum, qui autor eorum quæ in his inferioribus generantur, suo motu in circulo obliquo cernitur: Radij enim ad eos obliqui feruntur, undè calor minor. Calor enim, qui à sole excitatur, major, minórve, Solis motu & lumine, à radijs directius obliquiusvè in terram projectis, proficiscitur: Cum enim reflectantur secundum eundem angulum, secundum quẽ inciderunt, quò obliquius proijcientur, eò magis radius reflexionis, à radio incidentiæ distabit, quare virtus minus unietur, & calores excitabuntur minores. Id verò fiet manifestum, si quis animo repetat superiora, & animavertat solem tanto minus attolli in meridie supra horizontem, in locis extra zonam torridam positis, quanto ab æquatore

quatore magis declinat, & ob id radios obliquiores projectum iri, radium reflexionis à radio incidentiæ magis distiturum; Nam cum angulus incidentiæ, reflexionis angulo sit æqualis, & illi, cum angulo qui ex radio incidentiæ & reflexionis constituitur, sint æquales duobus rectis, patet subductis angulis incidentiæ & reflexionis minoribus, relictum iri angulum, qui ex radio incidentiæ & reflexo constituitur majorem. Sit sol α, terra β, meridianus cœlestis ζαθ, communis intersectio meridiani & horizontis, ζθ. Sitq; radius



incidentiæ αε, reflexus εκ. Erit angulus αεζ, æqualis angulo κεθ & reliquus è duobus rectis est angulus αεκ. Sit rursus, eadem servata constructio-

ſtructione, in alio ſitu ſeptentrionaliore, ſol de preſſior, ut in λ, patet angulum incidentiæ, fore minorem: quoniam quantitas talium angulorum determinatur ſolis altitudine ſupra horizontem: Itaq; cum λ ι angulus incidentiæ ſit æqualis angulo reflexionis μ ι θ. qui ſunt minores duobus angulis prius poſitis: Erit angulus λ ι μ. majo angulo α ι κ: & λ ι & ι μ magis diſtabunt quàmr α ι & ι κ. quare in priore ſitu calores majores orientur.

Loca autem æqualiter ab æquatore diſtantia, æqualem habere temperiem caloris frigoris q; quantum ad radiorum ſolarium projectionem ſpe-



ctat. (Situs enim locorum & ſolum non minimam differentiam caloris frigoris q; pariunt) hinc patet

tebit. Sit meridianus terrestris α γ β, sol in æquatore κ, & sit κ γ radius perpendicularis. Sumantur q; arcus æquales meridiani, ab æquatore æqualiter distantes γ ϱ, & γ ϖ, & connectantur κ ϱ, & κ ϖ. Erunt duo latera κ γ. γ ϱ. duobus lateribus κ γ, γ π. æqualia, & anguli sub æquis lateribus contenti, æquales: Basis ergo κ π, basi κ ϱ, erit æqualis & angulus κ ϱ β, angulo κ π γ æqualis, per quartum primi Elem. qui cum sint anguli incidentiæ, quibus æquales sunt anguli reflexionis, patet in locis ab æquatore æquè distantibus, alores fore æquales cum sol esit in æquatore.



Sole in alijs locis ecliptica declinationem æqualem habentibus posito, idem accidit: Sit enim me-

cidia

ridianus cœlestis δ α π, *terrestris* ζ ρ κ, *Intersectio meridiani & æquatoris* α β, *Loca ecliptica æqualiter declinantia sint* δ & π, *Habitationum loca, æqualem distantiam habentia ab æquatore, sint in terra* ζ κ. *Producantur rectæ* α β, δ β π β, δ ζ, π κ, *quæ radios solares designant: Quoniam* δ α *ipsi* α π *est æqualis, erit angulus* δ β α, *æqualis angulo* α β π, *est enim* β *centrum circulorum magnorum sphæræ, quare arcus* ρ θ *arcui* ρ λ *æqualis est: Sed ex hypothesi* ρ κ, *ipsi* ρ ζ *æquatur, reliquus itaq́ θ* κ, *reliquo* ζ λ *erit æqualis: Sunt autem* π θ & δ γ *æquales, & angulus* π θ κ *angulo* δ ζ λ. *quoniam uterq́ rectus, Basis ergo* δ ζ, *basi* π κ, & *angulus* δ ζ λ, *angulo* π κ θ *erit æqualis, qui sunt anguli incidentiæ.*

DE VMBRIS.

SVprà umbrarum meminimus, prous in diversas mundi partes, septentrionem & meridiem proijciuntur: Nunc earum quantitatem quo is tempore in partibus gnomonis aperiemus.

Vmbrarum autem aliæ rectæ, aliæ versæ appellantur: rectæ sunt, quæ proijciuntur in planum horizontis à gnomone qui ad angu-

ang los rectos ipsi finitori insistit: Versæ autem, quæ projiciuntur à gnomonib⁹, qui soli obvertuntur, & ad planum circuli verticalis ang los rectos constituunt: Vtriusq; umbræ quantitatem cognosces, si animadvertas hypothenusam trianguli rectanguli, qui ex umbra & radio solis & gnomone constituitur, esse radium solarem per gnomonis apicem dimissum, & angulum quem efficit cum umbra recta, comprehendere altitudinem solis supra horizontem: Angulum vero, quem efficit cum umbra versa, comprehendere solis à vertice distantiã Deprehendetur autem in umbris rectis gnomonem ad suam umbram eam habere rationem, quam sinus rectus altitudinis solis, ad sinum rectum complementi ejusdem altitudinis: In versis autem umbris, eam esse rationem gnomonis ad umbram, quæ sinus recti complementi altitudinis solis: Et gnomonem medio loco esse proportionalem inter umbram rectam & versam. Cognita igitur solis altitudine (tabula sinuum adhibita) facile umbram tui gnomonis cognosces. Ex umbra vero & gnomone notis, altitudinem solis inda-

indagabis. Ea enim est ratio hypothenusæ ad gnomonem, quæ sinus totius, ad sinum altitudinis solaris. Ex his perspicuum est umbras rectas imminui, versas autem augeri, solis supra horizontem elevatione crescente: Et sole partibus 45 supra horizontem elevato, umbras gnomonibus æquales fore. Et si sol supra partes 45, attollatur, umbras rectas gnomone minores esse. Vmbras autem versas majores: sin minus elevetur, umbras rectas gnomonibus majores fore, minores autem umbras versas. Cumq; pro altitudine solis maiore minorevè umbræ augeantur, minuanturvè, patet umbrarum meridianarum circa solstitia non magnum fore discrimen, maximum verò prope æquinoctia.

TABVLA VMBRARVM in partibus qualium Gnomon est 60.

Alt. ⊙	dia. ver.	vm. rect	Alt ⊙	dif. a v	vm. re.	Alt ⊙	di. a v	vm re.
g	g	part. m.	G	G	par. m.	G	G	par. m
0 90	vm inſ.		30	60	130	60	30	34 3
1	8 9	3437	50	31	57	99	51	61	29	33	15
2	8 8	1718	38	32	58	96	1	62	28	31	54
3	8 7	1144	59	33	57	92	23	63	27	30	33
4	8 6	858	6	34	56	88	57	64	26	29	15
5	8 5	585	50	35	55	85	51	65	25	27	57
6	8 4	570	54	36	54	82	55	66	24	26	42
7	8 3	488	41	37	53	79	37	67	23	25	28
8	8 2	426	55	38	52	76	47	68	22	24	14
9	8 1	373	49	39	51	74	5	69	21	23	1
10	80	340	17	40	50	71	30	70	20	21	50
11	7 9	308	41	41	49	69	1	71	19	20	39
12	78	282	16	42	48	66	38	72	18	16	29
13	77	259	53	43	47	64	20	73	17	18	20
14	76	230	38	44	46	62	7	74	16	17	12
15	75	223	55	45	45	60	0	75	15	16	4
16	74	209	15	46	44	57	56	76	14	14	57
17	73	196	15	47	43	55	57	77	13	13	51
18	72	184	39	48	42	54	1	78	12	12	45
19	71	174	15	49	41	52	9	79	11	11	39
20	70	165	8	50	40	50	20	80	10	10	35
21	69	156	8	51	39	48	35	81	9	9	30
22	68	148	30	52	38	46	52	82	8	8	25
23	67	141	30	53	37	45	12	83	7	7	21
24	66	134	21	54	36	43	35	84	6	6	18
25	65	128	45	55	35	41	59	85	5	5	14
26	64	123	40	56	34	40	28	86	4	4	11
27	63	117	1	57	33	38	57	87	3	3	8
28	62	112	47	58	32	37	29	88	2	2	5
29	61	108	40	59	31	36	3	89	1	1	2
30	60	103	55	60	30	34	3	90	0	0	0
G.	G.	part m		G.	G.	par. m.		G.	G.	¼ par. m
Di. a. v	Alt ⊙	vm. verſ.		Di. a v	Al. ⊙	um. ve.		Di. a v	Al. ⊙	vm. v.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730518930/phys_0226
DFG

ΣΧΟΛΙΟΝ:

Sit quadrans circuli π ω altitudo ω θ, gnomon horizonti perpendiculariter insistens sit π β & ei æqualis δ ε, infigatur ad angulos re-



ctos circulo verticali. Sitq; radius solaris θ ε α γ, erit δ α umbra versa, recta verò γ β, agantur θ λ & θ ζ perpendiculares, erit θ ζ sinus rectus altitudinis solis, & θ λ sinus rectus complementi: patet triangula θ α λ, & θ ζ, δ α ε, & α γ β esse æquiangula: Angulus enim qui ad α communis, & qui ad δ, λ, β, ζ, sunt recti, quare reliqui quoq; erunt æquales: Ergo proportionalia habent latera, qui circum æquales angulos: Vt igitur θ ζ, sinus rectus altitudinis, ad α ζ, si-

num

num complementi: Sic ∝ε gnomon, ad γβ vmbram rectam, Vt θλ, sinus rectus complementi, ad λ∝ sinum rectum altitudinis solis, sic ♐ gnomon ad ♐∝ umbram versam. Cumq; triangula ♐∝, & γβ∝ sint similia, & angulus γ, angulo ♐ sit æqualis, erit ea ratio γβ umbræ rectæ, ad β∝ gnomonem, quæ ♐ gnomonis ad ♐∝ umbram versam quare gnomon medio loco est proportionalis inter umbram versam & rectam.

Quod autem sole partibus 45 supra horizontem elevato, umbræ gnomonibus æquentur, hinc evadet. perspicuum, si enim θ altitudo sit partium 45. erit angulus, qui ad ∝ dimidius recti (subtendunt enim 45. dimidium recti) cumq; sint triangula rectangula erit reliquus qui ad hypothenusam, recti semissis, & alteri æqualis, quare latera, quæ circa angulum rectum ♐ & β erunt æqualia, id est, umbræ gnomonibus.

Quod si autem altitudo minor sit partibus 45. patet angulos, qui ad ♐ & γ, fore minores recti semisse, cum sint æquales angulo θ∝ ♐. quare reliqui ad ∝ dimidio recti erunt majores. Cumq; majori angulo majus subtendatur latus, erit ♐ gnomon major umbra versa, & γβ umbra recta, major β∝ gnomone. Contra accidit, ubi

ubi ⊙ solis altitudo excedit partes 45, tunc enim anguli qui ad α, sunt minores angulis, qui ad β & γ aQuare tunc ∠ α umbra versa, gnomone ∠ β erit major, & γ β umbra recta, minor gnomone β α. Adjecimus hic tabulam umbrarum in partibus qualium gnomon est 60. quam ingressus cum altitudine solis à summo deorsum, offendes umbram rectam adjacentem. Quod si ab imo sursum solis altitudinem numeres, occurret à latere umbra versa. Cognita autem umbra, eam si inquiras in ipsa tabula, latus adjacens ostendet solis altitudinem.

DE CLIMATIBUS.

CLima est terræ spacium duobus parallelis inclusum, cuius extrema differunt horæ semisse.

Cum autem ab æquatore usq; ad eum terræ situm in quo dies maximus est horarum 24, sit differentia horarum 12, patet climata in toto eo latitudinis spacio fore 24. Inæqualia hæc sunt, quod excessibus dierum maximorum æqualibus, æquales meridiani arcus minimè respondeant, sed tanto minores evadant, quantò ab æquatore magis receditur. Hæc tribus parallelis in du-

in duas partes dividuntur; ſingulæ tantum telluris ſpacium includentes, quantum ad quadrantis horæ augmentum requiritur. Cum autem climata ſint 24. patet parallelis diſtincta telluris ſpacia, quorum dies maximi horæ quadrante differunt, fore 48. quæ inæqualia ſunt, ut de climatibus ſupra traditum eſt: Hæc itaque parallelorum deſcriptio veteribus fuit uſitata: Nihil autem prohibet, æqualibus meridiani arcubus illos ſejungere, & quinis aut denis, aut pluribus paucioribuſvè, prout regionem deſcribenti expedire videbitur. Sumitur initium climatũ & parallelorũ ab æquatore. Quot autem paralleli in hemiſphærio ſeptentrionali deſcribuntur, totidem in meridionali ijſdem intervallis deſcriptos intelligere oportet. Porro qui ſub eodem parallelo habitant, perjæci græcis dicti, his eadem eſt ejuſdem poli altitudo, æquales ſimul arcus tam diurni quam nocturni: Eadem aſtrorum & ſignorum apparitio, occultatio, ortus & occaſus. Simul habent æſtatem, ſimul hyemem, ſimul ver, ſimul autumnum. Eaſdem meridianas umbras

per

Per idem intervallum anticipant tam ortum quam occasum. Antœci qui sub æqualibus, & oppositis parallelis habitant quasi contraculæ, æqualem habent sed diversorum polorum altitudinem. æquales oppositorum punctorum arcus tam diurnos, quam nocturnos. Eadem, sed oppositorum astrorum & signorum apparitio, occultatio, ortus & occasus. Quando his fit æstas illis hyems. Quando his fit ver, illis autumnus. Æquales habent sed in oppositis locis solis, & in diversum projectas umbras meridianas. Antichthones sive antipodes sunt, qui non solum sub æqualibus & oppositis parallelis habitant, sed etiam in locis per diametrum oppositis. Itaque omnia quæ antœcis accidunt, etiam ad antipodes omnino spectant. Sed antipodum hoc est proprium, quod habent communem horizontem, & hemisphæria diversa, & vertices diversos, & quicquid his extat, illis delitescit, quicquid his extat, illis delitescit, quicquid his ascendit, illis descendit

Cum autem paralleli sint circuli minores, magnitudine differentes, videndum quam rationem ad circulum maximum sphæ-

sphæræ obtineant. Perspicuum est peripheriarum eam esse rationem, quæ est diametrorum : Semidiametri autem parallelorum, cum sint sinus recti complementorum, ejus distantiæ quam ab æquatore parralleli habent. Erit ea ratio æquinoctialis, aut ambitus circuli maximi sphæræ, ad peripheriam parallelli: quæ sinus totius, sive semidiametri maximi circuli, ad sinum rectum complementi distantiæ paralleli dati ab æquatore : Hinc ergo perspicua evadit, æquinoctialis ad parallelos, & eorum inter se ratio: nec non cujusvis arcus paralleli, ad similem arcum magni circuli.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Æqualibus excessibus maximorum dierum, non respondere arcus meridiani æquales, verum versus septentrionem perpetuò imminui, à Theone lib μεγάλης συντάξεως *2. est demonstratum, & ex tabula Climatum hic adjecta perspicitur.*

Peripheriarum eam esse rationem quæ semidiametrorum patet, quoniam omnis peripheria eandem habet rationem ad suam diametrum: Ergo & permutatim, ut semidiameter ad semidiametrum : : Ita peripheria ad peripheriam.

Semidia-

Semidiametros autem parallelorum, esse sinus rectos complementorum declinationis, quam habent paralleli ab æquatore perspicuum hinc evadit. Quoniam paralleli, cum insistant axi mundi ad angulos rectos, communes sectiones meridianorum & parallelorum, quæ sunt parallelorum diametri, eidem axi ad angulos rectos erunt: Parallelorum itaq; semidiametri sunt sinus recti complementorum eius distantiæ, quam habent paralleli ab æquatore. Vt igitur sinus totus, sive semidiameter meridiani, aut alterius circuli magni, ad sinum complementi declinationis dati paralleli: ita se habent circuli magni peripheriæ, ut æquinoctialis, ad peripheriam dati paralleli: Hac ratione construximus hanc tabulam parallelorum in ijs partibus, qualium semidiameter æquinoctialis, sive alterius circuli magni, est 60.

TABVLA PARALlelorum, in partibus qualium æquator est 60.

dif. pa.				dist. pa.			
G	m.	sec.	ter.	G	m.	sec.	ter.
0	60	0	0	45	42	25	35
1	59	59	27	46	41	40	46
2	59	57	48	47	40	55	12
3	59	55	4	48	40	8	52
4	59	51	14	49	39	21	49
5	59	46	18	50	38	34	33
6	59	40	17	51	37	45	33
7	59	33	10	52	36	56	23
8	59	24	58	53	36	6	32
9	59	15	41	54	35	16	2
10	59	5	18	55	34	24	53
11	58	53	51	56	33	33	6
12	58	41	20	57	32	40	42
13	58	27	44	58	31	47	43
14	58	13	4	59	30	54	8
15	57	57	20	60	30	0	0
16	57	40	33	61	29	5	19
17	57	22	42	62	28	10	6
18	57	3	48	63	27	14	22
19	56	43	52	64	26	18	8
20	56	22	54	65	25	21	26
21	56	0	53	66	24	24	15
22	55	37	52	67	23	26	38
23	55	13	49	68	22	28	34
24	54	48	46	69	21	30	7
25	54	22	42	70	20	31	16
26	53	55	40	7	19	32	3
27	53	27	37	72	8	32	28

dif.

di.pa				di.pa.			
G.	m.	sec.	ter.	G	m	sec.	ter.
28	52	58	37	73	17	32	32
29	52	28	38	74	16	32	18
30	51	57	41	75	15	31	45
31	51	25	48	76	14	30	55
32	50	52	58	77	13	29	49
33	50	19	13	78	12	28	29
34	49	44	32	69	11	26	55
35	49	8	57	80	10	25	8
36	48	32	28	81	9	23	10
37	47	55	5	82	8	21	1
38	47	16	50	83	7	18	44
39	46	37	44	84	6	16	18
40	45	57	46	85	5	13	46
41	45	16	57	86	4	11	7
42	44	35	19	87	3	8	25
43	43	52	52	88	2	5	38
44	43	9	37	89	1	2	50
45	42	25	35	90	0	0	0

Quoniam ratio semidiametri ad semidiametrum ea est quæ peripheriæ ad peripheriam, & arcuum similium inter se, patefaciet hæc tabula non solum rationem parallelorum ad æquinoctialem, siue circulum sphæræ maiorem, verumetiam singulorum graduum paralleli ad singulos gradus maioris circuli, & ipsorum parallelorum inter se rationem demonstrabit. Ergo

Ergo æquator ad parallelum Rostochiorum, quibus polus attollitur partibus 54. rationem habebit quam 60. ad 35, & qualium partium unus gradus æquatoris est 60. scrupulorum primorum, talium pari trecentesima sexagesima paralleli per verticem Rostochiorum descripti, est 35.m.16 S.

Tabula autem parallelorum & climatum hic posita, & poli elevationem cujusq; paralleli ostendit, & dierum maximorum quantitatem, & umbrarum solstitialium, æquinoctialiumq; magnitudinem, in partibus qualium gnomon est 60. Patet quoq; ex hac quod supra traditum est, æqualibus excessibus maximorum dierum, non correspondere arcus meridiani æquales, verum tanto minores, quanto loca sunt septentrionaliora.

Vltra circulum arcticum climata & paralleli horarum semissib. aut quadrantibus minimè extenduntur, quod differentiæ dierum maximorum, secundum horarum semisses, vel quadrantes sumptæ, minimum terræ spacium comprehendant. Differentia enim elevationis poli aliquot minutorum, dat differentiam aliquot dierum.

Potuisset tabula extendi usq; ad 90 grad. altitudinis poli, cum autem septentrionaliora loca sint vasta, & magna ex parte deserta, quæ Lappi & Groenlandi tenēt, non judicavimus tabul. ulterius extendendam.

Prior

71	30	74	24	59	77	17	73	5	

qua pars Tabulæ posterioris, extensa usq; ad

72	0	78	15	60	81	17	77	1	
72	30	81	58	61	85	14	80	17	
73	0	85	34	62	89	8	84	6	
73	30	89	3	63	92	22	87	18	
74	0	92	26	64	96	10	91	2	
74	30	95	44	65	99	21	94	9	
75	0	98	57	66	103	5	97	14	
75	30	102	7	67	106	11	100	17	
76	0	105	13	68	109	16	103	19	
76	30	108	15	69	112	20	106	20	
77	0	111	14	70	115	22	109	20	
77	30	114	11	71	118	22	112	17	
78	0	117	5	72	121	22	115	14	
78	30	119	56	73	124	21	118	11	
79	0	122	46	74	127	19	121	7	
79	30	125	33	75	130	17	124	2	
80	0	128	19	76	133	13	126	20	
80	30	131	3	77	136	8	129	14	
81	0	133	45	78	139	3	132	7	
81	30	136	26	89	141	21	135	0	
82	0	139	6	70	144	14	137	17	
82	30	141	45	81	147	7	140	9	
83	0	144	22	82	150	0	142	23	

TABULA CLIMATUM SECUNDUM PARTITIONEM,

tam veterum quam recentiorum.

Prior Tabulæ pars in qua Paralleli invicem disiunguntur quadrantibus horarum.

Numerus Parallelorum.	CLIMATA.	Elevatio poli.	Magn. xma. di & noct.	Paral. pri.	Vmbrarum Medianarum rationes, qualium gnomon 60.						LOCA BOREALIA PER QVÆ scribuntur paralleli.
Priores	pto	g.	m.	ho.	scr	or.	par	scr	par	scr	part.	scr	
I.	1	0	0	12	0	1	26	4	0	0	26	24	Sub æquinoctiali.
I.	2	4	18	12	15	2	20	51	4	31	31	37	Per Insulam Taprobânen, vulgo Sumatram.
III.	3	8	34	12	30	3	15	58	9	2	37	30	Per sinum Aualitum.
IIII.	4 Initiũ	12	43	12	45	4	11	24	13	3 2	43	54	Per sinum Adaliticum.
V.	5 I. CL.	16	44	13	0	5	7	6	18	2	50	42	Per Insulam Meroen & Calecutum.
VI.	6 Finis	20	34	13	15	6	3	6	22	30	58	1	Per Napata.
VII.	7 II.	24	11	13	30	7	0	44	26	57	65	51	Per Syenen sub trop. Cancri.
VIII.	8	27	36	13	45	8	4	20	31	22	74	18	Per Ptolemaiden in Thebaide.
IX.	9 III.	30	48	14	0	9	7	42	35	45	83	24	Per Alexandriam Ægypti & Hierosolymam
X.	10	33	46	14	15	10	10	53	40	6	93	13	Per mediam Phœnicen & Susam.
XI.	11. IIII.	36	30	14	30	11	13	53	44	24	103	50	Per Peloponesum, Rhodum, Babylonem.
XII.	12	39	3	14	45	12	16	43	48	40	115	21	Per Lisbonam, Calabriam, Smirnen.
XIII.	13 V.	41	23	15	0	13	19	23	52	52	127	51	Per Corsicam, Romam, Hellespontum.
XIIII.	14	43	32	15	15	14	21	55	57	1	141	27	Per Tolosam, Massiliam, Byzantium.
XV.	15 VI.	45	31	15	30	15	24	18	61	6	156	17	Per Lugdunum, Mediolanum, Venetias.
XVI.	16	47	21	15	45	16	26	33	65	7	172	30	Per fontes Istri, Budam, ostia Boristhenis
XVII.	17 VII.	49	1	16	0	17	28	41	69	4	190	16	Per Podoliam & Tartariam minor. m.
XVIII.	18 Hic	50	34	16	15	18	30	41	72	57	209	48	Per Erfordiam, & Cracoviam.
XIX.	19 vete-	51	59	16	30	19	32	35	76	45	231	22	Per VVitebergam.
XX.	20 res	53	17	16	45	20	34	23	80	28	255	9	Per Pomeraniam.
XXI.	21 olim	54	30	17	0	21	36	5	84	6	281	34	Per Grypswaldum & Rostochium
XXII.	22 desie-	55	36	17	15	22	37	42	87	38	311	0	Per Holsatiam, Regium montem Borussiæ.
XXIII.	23 runt	56	38	17	30	23	39	11	91	5	343	54	Per Hyberniam & Moscoviam
XXIIII.	24 nume-	57	34	17	45	24	40	37	94	26	380	50	Per S. Andream Scotiæ & Hafniam Daniæ
XXV.	25 rare	58	27	18	0	25	41	58	97	41	422	30	Per Bohus castrum Norwegiæ.
XXVI.	clima-	59	15	18	15	26	43	13	100	49	469	44	Per Rigam Livoniæ.
XXVII.	26 ta qui	59	59	18	30	27	44	25	103	52	523	33	Per Gothiam.
XXVIII.	a re-	60	40	18	45	28	45	32	106	48	585	16	Per Stockholmiam Sueciæ Regiam.
XXIX.	27 liqua	61	18	19	0	29	46	37	109	36	656	0	Per Bergas Norwegiæ.
XXX.	loca	61	53	19	15	30	47	34	112	13	739	0	Per Vpsaliam Sueciæ & Rivaliam Livoniæ
XXXI.	28 minus	62	52	19	30	31	48	29	114	53	836	0	Per VViburgum Finlandiæ.
XXXII.	culta	62	55	19	45	32	49	21	117	19	950	0	Per Orchades & Australia Islandiæ.
XXXIII.	29 erant	63	22	20	0	33	50	9	119	38	1088	0	Per Arociam, Sueciam.
XXXIIII	ac no-	63	47	20	15	34	50	53	121	50	1252	0	Per Nidrosiam Norwegiæ.
XXXV.	ta sed	64	10	20	30	35	51	35	123	54	1454	0	Per Dalekarlij fluvij ostia.
XXXVI.	possu-	64	31	20	45	36	52	13	125	50	1704	0	
XXXVII.	30 mus	64	49	21	0	37	52	48	127	38	2019	0	PER RELIQVA
XXXVIII	Cli-	65	6	21	15	38	53	20	129	18	2424	0	loca Norwegiæ
XXXIX.	mata	65	22	21	30	39	53	49	130	49	2956	0	&
XL.	dein-	65	35	21	45	40	54	14	132	12	3674	0	Sueciæ
XLI.	31 ceps	65	47	22	0	41	54	37	133	26	4680	0	Regnorum
XLII.	nume-	65	58	22	15	42	54	57	134	32	6148	0	& vicina-
XLIII.	rera	66	7	22	30	43	55	15	135	30	8413	0	rum In-
XLIIII.	simili	66	15	22	45	44	55	30	136	18	12157	0	sularum
XLV.	32 ratio-	66	21	23	0	45	55	42	136	58	19040	0	& albæ
XLVI.	ne.	66	25	23	15	46	55	51	137	29	32814	0	Russiæ
XLVII.		66	29	23	30	47	55	57	137	51	76384	0	sub circulo arctico.
XLVIII.		66	30	23	45	48	56	1	138	5	301650	0	
